MARCI A S. PADUANO

Er. Aug. Disc. Ord. Prof.

BIBLIOTHECA CARNIOLIÆ,

IN QUA REPERIUNTUR

scriptores,

qui vel ipsi, vel eorum opera in Carniolia primam lucem aspexerunt; vel alias in, vel de Carniolia scripserunt, ordine alphabetica;

seu ad formam bibliothecae

pro alphabeti scrinia dispositi, pro varia ex iis et historica et critica, et chronologica notitia, atque eruditione capessenda.

„Collectis oritur Novus.“

Beilage zum Jahrgange 1862 der „Mittheilungen des historischen Vereins für Krain.“

K. K. LYCEAL BIBLIOTHEK ZU LAIBACH

Redigirt

von

August Dimitz,

k. k. Finanz-Concipist, Secretär und Geschäftsleiter des Vereins.

Laibach, 1862.

Druck von Ign. v. Kleinmayr und Fedor Bamberg.

II 7600
+

Die General-Versammlung des histor. Vereins für Krain hat am 16. Mai 1861 beschlossen: 1. der histor. Verein für Krain veröffentlicht das in der hiesigen öffentlichen Studien-Bibliothek unter der Signatur 171. II. C. a. befindliche Manuscript des Discalceaten-Pater Marcus (Pochlin) „Bibliotheca Carnioliae" vollständig nach und nach in seinen „Mittheilungen", und zwar 2. in der Art, dass die betreffenden Bogen der „Mittheilungen" dieser Publication ausschlüsslich gewidmet sind, und das Werk nach Beendigung des Druckes separat gebunden werden kann.

In Ausführung dieser Beschlüsse erhalten die P. T. Mitglieder folgend den ganz unveränderten und vollständigen Text des bezeichneten Manuscriptes, welches aus XIV Seiten Vorrede und 116 Blättern Text besteht.

Von der Direction des histor. Vereins für Krain.

Laibach, Ostern 1862.

IN=030010863

Marci a S. Paduano Bibliotheca Carniolia.

PROOEMIUM.

Illud nihil valere ad rem cognoscendam arbitror, qualis fuerit ille, qui scripsit: honestissime tamen bonus creditur, cujus literis generi humano, posteritatique consultum est.

S. P. Augustinus Tomo VI. lib. de utilitate credendi c. 5.

Bibliotheca a βιβλος (Liber) et ϑηκη (Repositorium) derivatam nominari, quoniam plurimos, me non monente, scire nullus dubito: neque pluribus commemorare necessum duco: denominationes tamen, variasque nominis hujus usurpationes non abs re exposuero. Exinde c o n c l a v e ipsum, ubi libri reconduntur, Bibliotheca audiri coepit: item et l i b r o r u m, s c r i p t o r u m v e c o l l e c t i o. D i o d o r u m praeterea Siculum suae H i s t o r i a e, et P h o t i u m, Patriarcham Constantinopolitanum suo E x t r a c t u i e x v a r i i s s c r i p t i s v e t e r u m nomen Bibliothecae imposuisse quis Eruditorum jam non novit?

Vis alias adhuc hujus vocis acceptationes? Apud medii aevi scriptores tantumdem significat, quod C o l l e c t i o B i b l i o r u m v e t e r i s e t n o v i T e s t a m e n t i, ut in C h r o n i c i M a u r i n i a c e n s i s lib. I, p. 360, legere est: „Totam B i b l i o t h e c a m hanc a G e n e s i usque ad ultimam P a u l i epistolam emendavit.“ Et Addo Vienensis scribit: „E u s e b i u s Caesareae P a l e s t i n a e in scripturis divinis studiosissimus, ac B i b l i o t h e c a e divinae cum Pamphylo M a r t y r e diligentissimus pervestigator.“ Quam acceptationem sequens ex tabulario S. M a u r i a d L i g e r i m textus confirmat: „Donum autem confirmat B i b l i o t h e c a veteris et novi Testamenti.“ Est etiam haec significationis termini acceptatio valde familiaris, ac usitata, quum usurpatur de talibus libris, *in quibus alii libri enumerantur* et *recensentur*, v. g. B i b l i o t h e c a R a b b i n i c a; B i b l i o t h e q u e r a i s o n é e; B i b l i o t h e c a A u g u s t i n i a n a; A l l g e m e i n e d e u t s c h e B i b l i o t h e k etc.

Cujus praesens haec C a r n i o l i a e B i b l i o t h e c a sit generis, ex allegetis in propatulo est, nempe: Liber est, in quo A u c t o r e s P a t r i a e nostrae, eorumque codices impressi et Mss. exponuntur. Auctores inquam Patriae, quae olim, ut notum perspectumque est, non adeo, ut hodie, angustis limitibus circumferebatur; Auctores, qui vel ipsi, vel eorum partus ingenii in C a r n i o l i a, adsitisve C a r n i o l i a e finibus lucem viderunt: vel in Mss. alicubi in Patria inediti latent. Hoc idem cl. Patriae nostrae Scriptores: V a l v a s o r i o s, T h a l b e r g i o s etc. me citius aliquomodo prolusisse fateor. Cur ego eos in texendo Eruditorum nostrorum catalogo presso non sequar pede? Quid multis? Si nec unus est, qui Historici aut Geographi nomen profitetur, et vicinarum gentium res gestas, ob individuum eorum commercium, linguam et inter se nexum, et similia non attingat. Conformiter ego versor: Carinthos, Vindos, Forojulienses, Istros etc. usque ad maris Adriatici litora conterminos scriptores in hanc Bibliothecam assumo: attamen non ita late protensis limitibus, ut — quemadmodum Bohemicae Bibliothecae, non jam Bohemos, sed et Moravos et Silesios: et hi illos vicissim, ad augendum numerum inter suos reponunt: vel ut B i b l i o t h e c a S t r u v i o - B u d e r i a n a, larga manu, plane incomperta ratione magnum numerum ex Austriacis, Bojis, Hungaris, Bohemis etc. (ut universalem Bibliothecam credas) mixtim offert — scriptores interioris A u s t r i a e, Styriacos scilicet, Carinthiacos et Carniolicos omnes adducturus sim in meam penum.

Verum neque eapropter quispiam omnium absolutam, ab origine usque ad haec nostra tempora productam scriptorum Carniolicorum Bibliothecam expectet. Hoc praestare unius et solius privati hominis exuperare potestatem aetatemque, si nemo alius, ego profecto non ignoro, praesertim, si quis, quemadmodum ego, qui in simili pro Patriae gloria et emolumento conamine, nemini unquam defui, nunquam defuissem: immo pluribus auctor et subministrator in eorum rem, sine invidia extiti, in praesenti opere compilando perpaucos nancisci potuit populares coadjutores; quin immo plures (absit innato vitio)

adversario, et propeditores experiatur. His tamen non obstantibus tanto audentior, quantum per bonos viros licuit, processi: et quum mihi Eruditorum Carniolorum alicujus opus, fortuito non raro casu ad manus, et sub occulos venisset: vel quum aliquem in aliorum voluminibus laudatum legi, colligere eos coepi, atque huic Bibliothecae fundamenta jeci. Collectioni huic pluribus annis, usque in hanc diem assidua cum diligentia, et pervestigatione inhaesi. Bibliothecae nostrorum conventuum Labacensis et Viennensis, ac praecipue hujus p. t. Bibliothecarius: R. P. Joannes-Petrus (cujus memoriam tanto magis gratus recolo, quod nostras non sit, in rem tamen meam nullo non tempore nostratibus et promptior extiterit atque paratior) plurimum subvenerunt, plurimos subministrarunt scriptores. Ast, utut pro possibili mea industria colligerem plurimos: plures tamen inquisitionem meam subterfugisse non difiteor: et ideo cujusvis benevolentiae vel confido, non malo eum animo caussaturum, sed impotentiae meae parsurum voluntatis bonae quisquis plures, et fors majoris nominis, et classis potioris scriptores Patriae frustra in hac Bibliotheca sit quaesiturus. His peropportune ejusmodi quaerelae occurro. Mea quidem haec erat intentio, et sic animum induxi meum: expectare tempus, quo omnes collectos haberem: sed urgentibus amicis, ac quibusdam ferventioribus extra Patriam viventibus Patriotis, ne haec mea collectio iterum perperam distrahatur, aut pro Patriae decore: pro Eruditorum nomine et commodo promovendo aliquando pereat, ad ordinem dirigendam me resolvi.

Specimen ejus propalam propono, postquam constare operae pretium intellexi, vel illud tentasse, quod pridem centies, millies zelo Patriae optaveram, ut alius ex Patriae amore, et nominis gloria perfectius praestitisset, vel, quod meis votis etiamnum deest, futuro, quo demumcunque tempore abrepta jam via faciliore negotio suppleat defectum, quibus bene de Patria merendi, ignis et animus insidet, atque debitum. Quod ut audeant alacrius, motiva, quae me ad hoc prosequendum perpulere, candidissima eis mente aperio:

Volo hac Bibliotheca illud convicium compellere, quo Carniolos aliae quaedam viris suis doctis superbientes Nationes verbo: et quidam earum Comentatores suis etiam scriptis onerant, quasi Patria nostra nullos, vel omnino raros progerminaret eruditos, defectu vel talentorum vel diligentiae, vel Mecaenatum: sive quod unum est, idemque ex inertia, paupertate aut literarum horrore. Volo inquam his foliis Auctorum Terrae vel linguae Patriae Cultorum, quorum opera jam non facile haberi possunt, oblivioni eripere. Volo et nostris et Patriae consulere, dum gloriam Patriae, quae suos sibi genuit, aluitque scriptores, in iis conservatum eo. Vellem, ut filii et nepotes, omnisque nostra Posteritas, postea quam viderint et legerint, quae Majores nostri magno cum labore commentati sunt, et non modicis sumptibus publici juris fecerunt: et illi pro illustranda, commendandaque Patria ad paria saltem, si non ad majora audenda exsuscitentur. Volo sanguine, affinitate, familiaritate junctis, conterraneis, oppidanis, civibus, contubernalibus etc. continuum quoddam animi solatium, et munus offerre, dum consanguineos, affines, familiares, in eodem secum solo prognatos, in eodemve S. Ordine professos, paucis: in uno libro, libros plurimos eorum, qui domi nostra scientias, bonas artes, et quod caput est, orthodoxam Religionem, pietatem, morumque simplicitatem plurimum promoverant, conspectui objicio, quos possunt, cum libuerit, si non in originario opere, saltem inter Carnioliae Eruditos eorum nomina et merita in litterariam, politicamve, aut ecclesiasticam Rempublicam legere, ac de generatione in generationem deducere. Perjucundum quippe est omni tempore amico, cum amici sui in se aliquo refricetur elogio. Et de scientia quid? Ejus laus percunis est. Auctoresque plerumque post fumera magis in suis operibus vivunt, atque suspiciuntur, quam cum adhuc inter mortales degebant. Vel turpe non sit, in Patria vivere, et Patriam ignorare? Volo, ut plures in id incumbant magis, ut vel ipsi eruditis elucubrationibus Scriptorum Patriae numerum augeant, aut eos saltem, quos doctrinae et eruditionis fama celebres norint, patrocinio, auctoritate ope suffulciant.

Volo, ut, quae rariona habentur, et reperinatur Scriptorum Patriae opera, si cui ad manus veriant, majore, quam hactenus cura conserventur dubitantibusque super his certam fidem faciant. Demum hoc labore volo, et intendo, ut cum exteris, tum conterraneis pateat, quam materiarum argumentorumve diversitatem spriptores nostri proseculi sint: quantumque haec ad notitiam historicam, ad literariam, artis typographicae, bibliopolii publici, Religionis, Genealogiae, Politicae etc. progressum faciant. Volebam — mei pneumatis contentioni succurrit aliquis dicens: volebam, ut omnis Patriota his libris suam instruat bibliothecam. Pace mea! et si hoc non velim, perbene gnarus: Bibliomaniam, infirmitatem esse plurimorum Eruditorum, seu potius eorum, qui hocce seculo eruditi, et docti videri volunt ex eo, quod plurimos libros possideant. Ejusmodi generis infirmitate laborans suam felicitatem et consolationem gloriamque quaerit vel in sola possessione numerosae copiae librorum, non ad iis utendum, sed ad eos habendum, ut tantummodo ad ornandum cubiculum et conciliandam eruditionis famam deserviant. Librorum Philautia, si prudentia et scientiarum spiritu non regitur, degenerat in maniam. Librorum possessio in bonum convertatur opportet: vel cum quis ipsus libris uti, eosque aestimare novit: vel dum pro aliis quoque habet, ut communi usui deserviant. Non male igitur concludi potest, si in tale aliquod bonum instructa non sit Bibliotheca alicujus, quod plurima pars numerosae collectionis librorum sit mediocris usus, ni plane valoris nullius: et is, qui sic, sine gustu, sine respectu, sine usu

libros colligit, infallibile signum manifestat, in quo ejus exiguum spiritum nosse licet. Haec mania tanto major sit, si ejusmodi libri, qui nec absolute, sive in se; nec respective utiles sunt, coagmentantur, tamquam raritates, aut curiositates laudantur, admirationi exponuntur: eos autem nemo prudens, et sapiens legit, aut legere avet. Bibliopolae et antiquarii apud similes maniacos optimum pretium emungunt. Qui ex bibliotheca sua proficere desiderat, multas debet observare cautellas, singulariter attendat ad singulos libros, qui ubique non reperiuntur, et qui ad suum usum deserviunt.

Jam redeo, unde me ista objectio avocavit et Bibliomania. Volebam secundum varietatem materiarum scriptores dispertiri: sed, quia eo ordine in mea Encyclopaedia Scientiarum et Artium et colligo, eos heic, omnium gravissimo ordine alphabetico exhibere malui ita simpliciter, ut nulli pondus adderem, nulli pretium demerem: abstinerem a crisi, de qua, ut de gustu, nec duo facile, idem formant judicium, praeprimis morosi partuum suorum defensores, qui, quidquid ex eorum capite, vel manu prodit, Palladem esse putant: ex alieno nonnisi bubones posse prodire; cum non raro contra eveniat, quod alterius partus sit Palladis progenies, eorum autem generatio, bubonis pullus, in quo sibi tantum complacent. Plebejis etiam, quod lixae coquunt, omnino sapit: dissipiunt delicata alias et exquisita de mensa Principum bellaria. Robustiores et nutrientes ruricolarum dapes horret Nobilium palatum. Qui secundum carnem sunt, quae carnis sunt, sapiunt; qui vero secundum spiritum sunt, quae sunt spiritus, sentiunt. Rom. 8, 5. scribit S. Paulus. Ita potiores, ut hominum fert conditio, auctores sui genii, et palati habent laudatores vituperatores alieni, non raro sine judicio discretionis et proprii argumenti. Diversa diversos juvant. Trahit sua quemque voluptas, sicut ad agendum, ita et ad scribendum: sicut ad probandum, ita ad respuendum: quin tamen inde necessario consequatur, cibum appositum nullo parto ad alendum aliquem conducere.

Satis ista! Haec ego tentavi, non uno momento impulsus ad tentandum praestandumque. Quod horum non probatur? Tentet post me alius hoc ipsum serius, sed perfectius efficere. Deus ejus labores secundet. Mihi sufficiat, Scriptores Carnioliae, quos colligere potis eram, enumerasse primum. Sufficiat, sat superque sufficiat mihi, si iste conatus meus vel partem approbationis apud exteros tulerit, quam ejusmodi specimina aliarum Nationum apud Nostrates retulere. Dixi.

Bibliothecae Carniolicae

ALPHITHECA.

Scrinium I. sub Littera A.

P. Abraham a S. Clara e nobili Suevorum de Megerle genere Augustinianus Discalceatus sub gloriosiss. Impp. Leopoldo I. et Josepho I. Aulae Ecclesiastes famosissimus, ingenio, opere et scriptorum varietate aeque, ac numero clarus, cujus facetosam in libris severitatem etiamnum mirantur multi, quemadmodum aevi sui auditores omnes maximi fecerant. Et ipse cl. Wolfius pridie mortis suae teste Chronologo opere periodico Dni. Weckherlin. Tom. I. n. 2. Francoford. et Lips. 1779 in 8. edito pluribus primae nota philosophis fassus est: „Patrem Abrahamum omnibus philosophis tantum „antecessisse, quantum ejus notiones et cognitiones per„fectiores et multipliciores erant prae illis. Hinc major „erat et inter nos.“ In laudem inclytae nationis Carniolicae in aulica P. P. Augustinianorum Discalceator. ecclesia Viennae panegyricum dixit, qui sumptibus nationis Carniolicae p. t. Viennae commorantis typis percussa fuit sub hoc titulo:

„Redliche Red für die löbl. krajnerische Nation in Wien zu Ehren ihrer H. H. Patronen Hermagorae, Fortunati, Achatii etc.“ Wien bey Joh. Georg Schlegel 1705, in 4.

Achatschitsch (Joan. Andr.) Labacensis dum ad S. Stephani Viennae AA. LL. et Philosophiae Doctor crearetur, in praesentes distributasunt:

„Problemata polemico-moralia de re militari.“ Vien. typis Ignatii Voigt 1711, in 12.

Acta et Decreta synodi Dioecesanae Pistoriensis a 1786 cum Prologo galeato. Part. II. apud Henr. Korn, bibliopolam Labaci, 1791.

Affectus Cordis (Piissimi in Deum) laudantis, poenitentis, humilis, gratias agentis etc. pro exercitiorum spiritualium via purgativa, illuminativa et unitiva ex S. P. Augustini confessionibus singulariter delecti ab aliquo Augustiniano Discalceato Romae primum, dein Pragae, jam Labaci typ. Joh. Thaddaei Mayr 1684, in 8. editi.

Aleander (Hieron.) junior (inepte a quibusdam Alexander scribitur) Forojuljensis, Mojae in Istria natus, comitatus erat Cardinalem Barberini in Gallias. Ex ejus calamo profluxerunt: *a)* Discorso sopra la impressa degli Academici Umoristi. Romae typis Mascardi 1611, in 4. *b)* Refutatio Anonymi (Jac. Gothofredi) de suburbicariis Regionibus, et dioecesi Episcopi Romani. Lutetiae per Cramoysi 1619, in 4. *c)* Navis ecclesiam referentis symbolum in veteri gemma annulari insculptum explicatione illustratum. Romae

per Corbolletum 1626, in 8. *d)* Difesa dell' Adone del Marini contra l'occhiale di Tomaso Stigliani. Venet. 1629, in 12. *e)* Explicatio antiquae tabulae Heliacae marmoreae Solis effigies symbolisque exculptae. Ext. in Graevii thesauro antiq. romanan. Tom. 5, p. 702. *f)* Additamentum ad explicationem antiquae inscriptionis Scipionis Barbati. Ext. apud Sirmond. Tom. 4, p. 597. *g)* Carminum liber ext. cum carminibus trium fratrum Amaltheor. p. 191. *h)* Epistolae VI ad Joann. Morinum de Siclis Samaritanis, ext. in Morini antiquit. Eccles. Oriental. p. 142. *i)* Additiones ad Ciacconium de vitis Pontificum, ext. in Ciacconio. *k)* Ode ad Lambertum Althanum Salvaroli Comitem ext. cum carminibus Althanor. p. 67. *l)* Commentarius super institutiones Caji. *m)* De suburbicariis Regionibus contra Salmasium. — Vide Baillet jugem. sur les Poëtes. J. N. Erythraeum Pinacoth. I. Baille et Joecheri lexicon Eruditorum. Caspar de Simeonibus Aleandro funebri oratione, quae Parisiis 1636 typis prodiit, parentavit 31. Debembr. 1631. — Alter

Aleander (Hieronym.) Senior Episcopus Brundusinus et Cardinalis, ad diversas Principes Papae legatus, ex eadem prosapia in Istria oriundus itidem varios tractatus scriptos reliquit. De his sub prelo prodierunt:

a) Dictionarium latino-graecum. Parisiis 1512, Fol. *b)* Poemata ad Julium et Neaeram leguntur in Deliciis Poetarum Italorum. Tomo I.

Altmann (Carolus) Labacens. primum Pharmaceutices studiosus Labaci, dein Medicinae Doctor Viennae creatus, jam Cremsiae in Austria Caesareus Physicus edi curavit librum, qui inscribitur: *a)* An gens hebraica olim Medicinam de industria coluerit et promoverit. Viennae 1765, in 4. *b)* Analysis Plantarum antiscorbuticarum et tentamina, num in iis sal alcal. praeexistat. Viennae 1766. 8.

P. Amandus Graecensis Capucinorum Guardianus et concionator Germanicus Labaci dixit, et publicae luci commisit orationem funebrem:

„Nachklang der Tugend. Eine Leichenpredig nach Ableben Eberhardi Leopoldi Ursini Grafen von Blagaj etc. Landesverwaltern in Crain, welcher diese Welt gesegnet den letzten Maj. 1680, bey dessen in der hohen Thumb-Kirchen S. Nicolai gehaltenen Leichenbegängnuss.“ Layb. bey Joh. Bapt. Mayr. 1680. 4.

Amaseus (Pompilius) filius sequentis fuit Bononiae Professor linguae graecae, ab eo habentur:

a) Oratio de Bononiensium scholarium exaedificatione. Bononiae per Joan. Rubeum 1563, in 4. *b)* Fragmenta, libri VI, Polybii ab eo in latinum translata.

Amaseus (Romulus) Utinensis, 1521. Professor latinae et graecae linguae Paduae. Ejus scripta sunt:

a) Epistolae duae, quae ext. in epistolis clarorum virorum, pag. 80 et 100. *b)* Epistola ad Guilielmum Pelicerium ext. in epistolis Bruti, pag. 247. *c)* Orationes. Bononiae per Rubeum 1546, in 4. *d)* Oratio in funere Pauli III. Bononiae 1563, in 4. *e)* Transtulit Pausaniam. Hanoviae per Wechelios 1613, in Fol. *f)* Libros Xenophontis, de expeditione Cyri in latinum. *g)* Scholae II de ratione instituendi editae sunt, attamen eos nondum vidi. *h)* Libros II de dignitate linguae latinae adversus Hetruscos in Mss. reliquit. † 1552 Julii III. Papae Secretarius.

Ambschel (P. Ant.) Ungari Exjesuitae, AA. LL. et Philosophiae Doctoris, ac Canonici Petinensis, Caesarei Regii publici ac ordinarii in Academia Labacensi primum, dein in Universitate Viennensis Philosophiae Professoris, Academici Operosi Labacensis:

a) Joseph v. Herbert Abhandlung von der Federkraft des Wassers etc. ex latino. Layb. mit Eger'schen Schriften 1778, in 8. *b)* Dissertatio de centro gravitatis in subsidium suorum discipulorum. Lab. apud Eger 1779, in 8. *c)* Dissertatio de motu. 1780. Lab. in 8. *d)* Predigt an dem Festtage des heil. Antonius von Padua. Wien, gedruckt mit Schmid'schen Schriften, gehalten zu Laibach in Krain 1782, in 8.

Amigoni (Franc. Joann. de) Carnioliae Provincialis, Caesareo-Regius Postae Praefectus Labaci, agrariae Societatis in Carniolia membrum publico communicavit:

„Oekonomische Anzeigung, Versuch und Abhandlung von einer Art Brodt zu backen, mit weissen, süssen Rüben, die man unter das Waitzen-, Rocken-, Heidel- oder Hirsemehl mischet, ext. in wöchentl. Kundschaftsblatt des Herzogthum Krain. a 1775.“ Laibach bey Eger, in 8. pag. 209.

P. Amos, ordinis hospitalitatis S. Joannis de Deo in hospitali Labacensi confessarius suppresso nomine edi fecit:

„Orakel, oder die Antwort der ägyptischen Wahrsager auf 36 der seltsamsten Fragen zur Befriedigung der Neugierde für Jedermann.“ Layb. bey J. Fried. Eger. 1793, in 8.

Androcha L. B. de Andros (Franc. Ignat.) inter Academicos operosos Labacenses dictus: Redivivus, et inter Academicos Parmenses dictus: Mollis: accinuit:

„Carmen aggratulatorium Perillustri ac Eruditissimo D. Joanni Gregorio a Thalberg, vetussimae Academiae Gelatorum Bononiae“ etc. ext. in Thalbergi Epitome rerum Labacensium. Lab. Formis J. Georg. Mayr 1714, in 8.

P. Anselmus a S. Elisabetha Viennensis Augustinianus Discalceatus, in seculo Warther cognominatus, Labaci Lector, dein Prior, jam Viennensis conventus aulici Prior, ac Provinciae Germano-Bohemicae Definitor p. t. sui Prioratus Labacensis conscribere coepit:

a) Historiam Ordinis Augustinianorum Discalceatorum, et alia quaedam scholastica Mss. sed hactenus edidit duntaxat: *b)* Doctrinam catholicam in sistema redactam, nova, concina, facilique methodo, juxta naturalem rerum, et historiae sacrae ordinem distributam, hodiernoque usui accommodatam. Vien. typ. a Ghelen 1786, in 8. maj. suppresso nomine.

Apes academicae (sowohl das gedruckte Exemplar als die auf der k. k. Theresian. Bibliothek befindliche Original-Handschrift hat **aCaDeMICae)** operosorum Labacensium, sive institutum, leges, scopus, nomina et symbola novae Academiae sub apum symbolo Labaci adunatae, orbi litterario exhibitae. Labaci ex typographeo Majrjano 1701, 4.

Apfaltrer (P. Ernesti) Carnioli e S. J. AA. LL. et Phil. ac STD. et p. t. Senioris, atque Consistorialis Universitatis Viennensis, jam Reg. Seminarii S. J. SS. Rogatiani et Donatiani, ac subin Rectoris collegii Labacensis:

a) Civicum Augustae Viennensium armamentarium. Viennae 1740, in 8. cum figuris. *b)* Scriptores antiquiss. ac celeberrimae Universitatis Viennensis ordine chronologico propositi. Pars I. Seculum I. prodiit Viennae typis Kaliwod. 1740, in 8. Continuarunt P. Cajetanus Rechbach e S. J. Carinthus, et P. Dolenz, quem quaere sub lit. D.

Apfaltrer (P. Leopold. e L. B. de) Carniolus Grünhofens. S. T. Baccalaur. in Lyceo Clagenfurtensi Caesarei Reg. publ. et ordin. Mathematum Professoris, ac sublata Soc. Jesu Agrariae in Styria, Carinthia et Carniolia Societatis membri:

a) Ueber das Verhältniss der Wiesen zu den Aeckern in Kärnthen, eine im J. 1766 gekrönte Preisschrift. *b)* Vergleichungstafel der altkärntnerischen Maassen und ihrer Preise mit den neu österreichischen und ihren Preisen. *c)* De motu Rhombi conici dissertatio. Klagenf. 1772. *d)* Abhandlung vom Drucke der Gewölber auf ihre Seitenwände. Mss.

Apotheker-Ordnung des löbl. Herzogthums Krain, neu aufgerichtet. Laybach durch J. Görgen Mayr, landschaftl. Buchdrucker und Buchführer. 1710, in Fol.

Aquilejensium antistitum catalogi, quos Galliae christianae inseruerunt Santmartani fratres, et Wolf. Lazius reipublicae Romanae commentario.

Aquilejense concilium contra Palladium et Secundianum, episcopos Arianos a 381, cui Abundantius episcop. Trident. et 387 S. Philastrius episc. Brixiensis inter caeteros interfuit. Lege Labbeum ex collectione collecti. Tomo II, p. 1163 edit. Parisin 1715, in Fol. *b)* An. 553. Labb. Tomo VI, p. 419. *c)* Conciliabulum A. 698, ibid. Tom. VIII, p. 103. *d)* A. 1185 apud eundem Tom. XIII, p. 651. *e)* A. 1216 ibid. p. 1031. *f)* A. 1339 ibid. Tom. XV, p. 533. *g)* A. 1409 ibid. Tom. eod. p. 1104. *h)* A. 1596 sub Clemente VIII. Pontific. et Patriarcha Barbaro. ibid Tom. XXI, p. 1367.

Aquilejense Missale excusum Venetiis 1517, in officina Petri Lichtenstein. Iterum Venetiis 1519, apud Gregorium de Gregoriis. Pariter et Breviarium ac Rituale Ecclesiae Aquilejensis.

Aquilejensium (de Numis Patriarcharum). Venetiis impressit Pasquali 1747, cum figuris in 8.

Aquilejensis Synodus, vide Synodus sub lit. S.

Arbor genealogica lineae tantum rectae de Patre in filium descendens excelsae familiae Auersperg ab an. Chr. 1036 sub divinis auspiciis usque ad hodiernum diem nunquam interruptae. Lab. typ. Egerianis 1776, in Fol. ejus Mss. an. 1657 per annos septingentos in Fol. habetur Labaci in Bibliotheca Principis ab Auersperg.

Arquati (Joan. Franc.) Med. Doct. Tergestini: *a)* Medicus reformatus. Venet. 1608. 4. *b)* Propugnaculo della Peste. Trieste 1626, in 4.

Ars metrica, seu ars condendi eleganter versus. Lab. 1679, in 12.

Asquinus (Basil.) Utinensis Clericus Regularis S. Pauli typis prodire fecit: „Cent ottanta, e piu Vomini illustri del Friuli.“ 1735.

Atthems (Carol. Mich. Dei et Apostolicae sedis gratia primi Archiepiscopi Goritiensis e Comitibus ab) Abbatis S. Petri de Rosacceo et Topolza, insignis Collegiatae Rudolphiwerdens. Ecclesiae Praepositi S. C. R. Ap. utriusque Majestatis actualis intimi Consiliarii:

a) Epistola Pastoralis ad Parochos, Cooperatores et Curatos suae Dioecesis Goritiensis. Ex typographia Archiepiscopali per Joannem Tomasini 1762, in 8. *b)* Synodus Provincialis 1768 die 15. Oct. cujus acta reservantur Mss. in archivo Goritiensi. Verba concilii Provincialis Mediolanensis III. ad 1573 a S. Carolo Borromeo celebrati identidem suis parochis in conferentiis et visitationibus canonicis ingeminabat primus Archiepiscopus Goritiens. Episcopus (etiam parochus ajebat) id quod vel ab initio nascentis (suae) Ecclesiae institutum fuit, ut rerum Episcopali (Parochiali) studio curaque gestarum monumenta existerent, congeri dilligentissime curet, tum singulorum, qui praecesserunt

nomina, genus et pastorales eorum actiones in librum certum conferri curet, ut eorum memoria conservetur, et quae ab iisdem acta vel instituta sunt, ad aliquam ecclesiasticae disciplinae normam perpetuo usui esse possint, atque adjumento in illa ecclesia bene gerenda. Obiit veneranda memoria dignus A. 1774.

P. Avellinus Capucinus, ordinarius concionator germanicus in Ecclesia ordinis Labaci imprimi fecit:

„Rede auf den dritten Sonntag nach Pfingsten, bey Gelegenheit des jährlichen Titularfestes einer hochlöbl. Bruderschaft Redemtoris Mundi, dabey zugleich das vierzigstündige Gebeth bey ausgesetztem hochwürd. Gute zur schuldigsten Danksagung der vor 183 Jahren abgewendeten Pestseuche gehalten wurde zu Laibach in der Domkirche.« Mit Genehmigung der Wiener Censur 1782, in 8. Ad calcem hujus concionis legere est interdictum episcopi Labacensis Caroli ab Herberstein, quod hujus concionis causa in concionatorem evibravit.

Averoldi (Alto bellus) episcopus Polae, seu Juliae Pietatiâ, J. U. D. variis legationibus perfunctus, interfuit Concilio Lateranensi A. 1512, sub Clem. VII. qua Prolegatus Panoniae † 1532, praeclara suae scientiae monumenta relinquens:

a) De bono Episcoporum regimine libros X.

b) Commentaria Vitae Christianae. Vide Joecheri Lexicon Eruditorum.

Auersperg (Raymund. Comes ab) Praepositus infulatus Metropolitanae Ecclesiae Labacensis dixit: Rede bey der feyerlichen Installation Sr. hochfürstl. Gnaden des Herrn Erzbischofs zu Laybach aus dem hochfreiherrl. Hause v. Brigido etc. etc. Gehalten am 8. Juni 1788. Mit Merkischen Schriften in Layb. Aliis Episcopis hactenus in eorum installatione dicta erat oratio latino: hoc, ut tempori serviretur, primo Archiepiscopo dicta est germanico idiomate.

Auersperg (Wolfg. S. R. I. Comes ab) in publica sua ex universa Philosophia disputatione in Academia Labacensi in praesentes distribuendum commisit librum, cujus titulus est:

Orbis lusus. Graecii 1659 in 4. Quem laudat Valvasor in suo Chronico.

Auersperg Genealogiam vid. supra Arbor Genealogica.

Auserlesenes Handbüchlein zum Nutzen und Trost aller einverleibten der löbl. Bruderschaft unter dem Schutz der heil. Jungfrau und Mart. Ursulae, ein frommes Leben und sel. Tod zu erlangen, aufgerichtet in der Kirche bey den WW. EE. geistlichen Jungfrauen der Gesellschaft S. Ursulae in Laybach. Bey J. Geörg Mayr 1726. Zugeeignet der W. Edel gebohrnen Fr. Fr. Annae Catharinae v. Schellenburg, gebohrnen Hofstetterinn, als gnädigen Frau Stiffterinn, in 8.

Augustiniani Discalceati (Anonymi) vid. supra Affectus Cordis.

b) Homilia Germanica de S. Martyribus: Maximo, Nicephoro, Quirino Carnioliae patronis praefixo textu: aMICe asCenDe sVperIVs. Luc. 14. Ms. servatur in Bibliotheca Caesarei Conventus Nostri Parte V. concionum miscellan. concio 24. inscrinio G. nro. 326.

Azelt calcographus quasdam icones in chronico Valvasorii excudit Wagenspergae in Carniolia ad A. 1680. Ubi adest WD. est: Weichardus Delineavit.

Aylini de Maniaco (Joan.) Notarius scripsit Historiam Belli Forojuliensis ex codice Camilli Manini, quae ext. in Addit. P. Rubeis, p. 44.

BETITHECA.

Scrinium II. sub Littera B.

Bagellardi (Pauli) Fluminensis Med. Doct.

a) De aerumnis infantium. Venet. 1487, in 4.

b) De morbis puerorum. Lugduni 1538, in 8.

c) Parastasis de prandii et coenae ratione. Joecher in Lexico.

Bageus, aliis Bagnus, etiam Bagnoni (P. Leonard) Carn. Mitterburgensis S. J. Viennae Philosophiae et Theologiae moralis: Graecii vero S. Scripturae Professor, Flumini et Zagrabiae Collegii Rector edidit suppresso nomine:

„Manuale Sodalitatis immaculatae conceptionis B. M. V. Viennae in Caesareo et Academico S. J. collegio erectae et confirmatae.« Viennae 1625, typ. Georgii Gelbhaar. Laudatur a Valvasorio in Chronico Carnioliae libr. VI. pag. 352. Est mortuus 1650.

Banes Parochus Tolmajensis dixit Carniolicam concionem, quae Graecii in germanicum versa est sub hoc titulo: „Rede super 4. Reg. 19. 19. Kraynerisch vorgetragen am 30. März 1794 in der Landesfürstl. Pfarr Tolmein, bey Gelegenheit des dreytägigen öffentlichen Gebeths für die glückliche Eröffnung des heurigen Feldzuges gegen die Neufranken.« Grätz bey Michael Ambros 1794, in 8.

Barbaro (Daniel Franc.) XCVIII. Patriarcha Aquilejensis, insignis Mathematicus, interfuit concilio Tridentino. De quo habemus:

a) Commentaria in V. Voces Porphyrii, seu Isagogen. Venet. apud Aldum 1542, in 4.

b) Commentaria in III libros Rhetoricorum Aristotelis ad Theodecten. Lugduni per Sebast. Gryphium 1554, in 4. Quos sequens Hermolaus, ex fratre nepos, in latinum translulit.

c) Dialogo della Eloquenza, quem publicavit Hier. Ruscelli. Venet. per Valgrisium 1557, in 4.

d) Commentaria in Vetruvium. Venet. per Franc. Francisci 1567. Fol.

e) Dialogi Speronis Speronii. Venet. 1569.

f) Constitutiones Synodales in synodo diaecesana Aquilejensi, habita in terra Patriarchali S. Danielis. Venet. apud J. Anton. Rapazetum 1596, in 4. Item Utini typ. J. Bapt. Natalini 1598.

g) La pratica della Perspectiva.

h) Catena Graecorum Patrum in 50 Psalmos latinitate donata.

i) Lettere a Frederigo Padoaro, ext. nelle Lettere raccolte dal Porcacchi, pag. 224.

k) Lettere II. ext. nella nuova scelta di lettere lib. I. pag. 24 et 121.

l) Relazione del stato del contado di Gorizia, e Capitaneato di Gradisca, della Diaecesi di Aquileja, fatta al Sigre Cardinale Spinola da Udine VII. Agosto 1593. Ms.

m) Constitutiones promulgatae ab Illmo. et Rdmo. DD. Francisco Barbaro, Dei et apostolicae Sedis gratia Archiepiscopo Tyri, coadjutore Aquilejae et Visitatore Apostolico in publica congregatione Goritiae habita. Utini typ. J. Bapt. Natolini 1593.

n) Decreta promulgata in Diaecesana Synodo Goritiae habita Nationis Germanicae et Slavonicae Diaecesis Aquilejensis Anno Dni. 1600, die 2. Junii. Typis Utinensib. Natolini, in 4. † 1569.

Barbarus (Hermol.) Patritius Venetus, Aquilejensis Patriarcha, elegantiarum graecae et latinae linguae scientissimus, vere magnus ac dignus homo judice Erasmo in Cicer. qui non solum Italiam, verum etiam omne seculum hoc nostrum illustravit: ab Innocent. VIII. Patriarcha Aquilejensis designatus, sed a Venetis bonis spoliatus et exilio multatus, † 1494.

Praeter Philologica, et alia, mihi non visa typis edita, conciones sacras ejus Patavii apud PP. Augustinianos Mss. exstare testatur Joecheri Lexicon Erudit. et praememorata in Aristotelis Rhetoricorum libros latine redditos, ac Orationem ad Fridericum Imper. et Maximilianum Regem Romanor. inter scriptores Germanicos Freheri Tomo II, pag. 185 reperi.

Barbo (Marci) J. U. D. Patriarchae Aquilejens. et A. 1457. Cardinalis, demum Romae † 1490:

a) Relatio Legationis in partibus Septentrionalibus.

b) Decreta.

c) De Caelibatu libr. II.

d) Epistolae. *e)* Orationes.

f) Gennadii responsiones ad Machometum vertit in latinum, sicut et

g) S. Dionysii Areopagitae librum de Divinis nominibus, quae omnia laudat Joecherus in suo Lex. Erud.

Barbolani (Jos.) e Soc. J. vid. Martinuzi sub litt. M. et Rerenberg sub litt. R.

Baschtiantschitsch (Barthol.) Carniol. Alumnus Episcop. Seminarii generalis Labaci, in Carniolicum vertit: Katholshku poduzhenje od teh sedem Sakramentov. Perve tajl od s. Kersta inu s. Firme. Labaci apud Ignat. Kleinmajer 1783, in 12.

Bashtiantshitsh (Matth.) Carn. scripsit:

a) In vexillum Hassan Posniensis (olim Christiani, Itali, Monachi S. Benedicti et Subdiaconi, sed Apostatae, acerrimique Christi Dei, ac nominis Christiani, et harum partium hostis) ad confluentem Savi et Colapis sive Culpae prope Sisseck arcem, a nostris 22. Junii, qua festum SS. Achatii et sociorum ejus MM. Carnioliae Patronorum solenni ritu pro miraculosissima hac victoria celebrabatur, gloriosissime captum Anno 1593. Carmen elegiacum. Vid. Valvasor Chronic. lib. XV. pag. 534, ubi plura ejus carmina recitat.

b) Carnioliae victoria ab Hassan Bassa gloriosissime reportata 22. Junii 1593. Carmine heroico decantata 1629.

Basselus (P. Franc.) Forojuliensis Gradiscanus e S. J. † A. 1680 reliquit: Psalterium Davidicum concordatum. Vide Alegambe in Bibliotheca S. J.

Bassar (P. Bartholomaeus) Carn. e S. J. concionatoris Carniolici ordinarii in Cathedrali S. Nicolai Labaci. Conciones juxta libellum exercitiorum S. P. Ignatii, id est: Pridege etc. in lingua Carniolica. Labaci typ. Adami Friderici Reichhard 1734. 4.

Bauzer, sive Bautscher (P. Martini) Carn. e S. J. quem laudat Valvasor lib. VI, p. 358 et alii:

a) Panegyricus zu Ehren Ihrer Röm. Kais. Majestät Leopoldo Augusto, als S. k. M. im Jahr 1660 Dero Erbländer allergnädigst besuchte. Laybach in diesem Jahr.

b) Historia Rerum Noricarum et Forojuliensium, seu Annales Norici ab An. 1331 usque ad Ferdinandum II. per X. libros deducti, Mss. quos mors festina eum publici juris fieri non permisit. Vixit vitam valde religiosam medio seculo XVII, Religionique, quae fulcrum et moderatrix Status politici, Historiaeque comes esse debet, primas semper tribuit. Ait enim Plato humanus (Divini verba ex industria non recito) lib. 10, de Leg.: Omnis humanae societatis fundamentum convellit, qui Religionem convellit.

Beaziano (Jul. Caesar) Ordinis Jerosolymitani Commendator de Japidia, Comes Istrianus, heraldicae studiosus edidit:

a) Araldo Veneto. Venet. per Nicol. Pezzani 1680, in 4.

b) Del gran Blasone dei Nobili Veneti. Perfectiorem editionem facere meditatus, piis desideriis immortuus est. Nihilominus hoc Ms. in rem suam bene usus est Don Casimiro Freschoti.

Beckmann (Joann.) Oeconomiae Prof. ordinarius, Regiae Societ. Scientiarum, Caesareae Academiae Curiosorum; Societatis Agrariae in Carniolia etc. membrum, scripsit: Beantwortung der von der Laibacher Agricultursgesellschaft aufgegebenen Preisfrage: Welche die besten Nebenarbeiten sind für die Landleute? Quod operibus dictae Societatis insertum est. Laybach beim Eger 1779, in 4. maj.

Bellargius (Ambros.) scripsit:

Contra Anabaptistas 1734, in 8. Hoc opus in Ms. servatur in Bibl. Principis ab Auersperg Labaci.

Bellini (*P. Julius*) *Goritiensis e S. J. † 1619.* Ante ingressum Societatis jam ediderat:

Vitam et mortem Caroli Francisci Breineri. Vid. Joecher.

Belloni (Antonius) Utini munere Notarii fungens conscripsit ex variis Tabellionicis:

Vitas Patriarcharum Aquilejensium, quas luce dignissimas publici juris fecit Muratorius Tomo XVI. Scriptorum Italiae, et in Marco Grimano Patriarcha desinit.

Benaglia (Joan. de) Comitis de Caprara ad Turcas Legati Secretarius posterorum memoriae commendavit: Reisebeschreibung von Wien nach Constantinopel des Grafen Albrecht v. Caprara R. K. M. extraordinari-Gesandten. Frankfurt 1687, in 8. Quod Itenerarium primo in Italica lingua scriptum prodiit. Venet. 1685, in 8. et recusum fuit cum sequente epigraphe: Relazione del viaggio fatto a Constantinopoli e Ritorno in Germania dello Sigre. Conte Caprara dell' Imperatore come Internunzio straordinario, e plenipotenziario per trattare la continuazione della tregua.

b) Historische kurze Beschreibung aller merkwürdigen Begebenheiten, welche sich in Teutsch-, Wälsch- und Ungarland von Anfang bis zu End des abgewichenen 1704. Jahrs durch die Macht der Siegreichisten Waffen I. R. K. Maj. etc. ereignet und zugetragen. Wien 1705, in 4. cum fig. symbolicis.

Benignus (Rdmus. Simon) Episcopus Modrusensis interfuit Concilio Lateranensi et dixit:

Orationem de Schismatibus seculi postremi, promissa toties Ecclesiae Reformatione et bello Turcis inferendo, quae cum epistola dedicatoria ad Bern. de Frangipanibus extat in libro Conciliorum Labbei.

Berchtold (Franc. Ign. Ant. L. Baro a) Styrus Slavo-Graecensis dixit orationem panegyricam intitulatam:

EffIgIes aCaDeMICI OperosI: sive Divus IVO sibi, atque aliis apis operosa, quem celebravit coram Inclyto Collegio Juridico Labacensi, in Eccles. S. Jacobi Collegii Archiducalis S. J. panegyrico Sermone edito typis Labaci per Joan. Georg. Mayr 1705, in 4.

Bergordnung für Krain und Görz 1577, in Fol.

Bertoli edidit librum:

Le Antichità d' Aquileja profane e sacre. Venet. 1739. Fol.

S. Bertrandus ex nobili genere de S. Genesio, diaecesis Caturcensis oriundus, J. U. D. ad S. Palatii in aetate 17. annorum causarum auditor, Aquilejensis Patriarcha, Martyrio clarus, cujus

Epistola ad Guillelmum Decanum Aquilejensem extat in Bolland. Tomo I. mense Junio, pag. 783 et in Italia Ughelli Tom. V. col. 103, legi potest: item in P. Rubeis Monument. Aquilej. Tom. I. cap. 88.

b) Patriarchae Bertrandi synodalia Concilia.

Beschreibung (Physicalische) des Herzogth. Krayns, Istrien, und zum Theil der benachbarten Länder. Auctore anonymo et mihi ignoto. Leipzig 1778. Theile II. 4.

Bigarella (*Hieron.*) *Utinensis dixit et typis commisit:*

Orationem infunere Rdmi. in Christo Patris D. Pauli Bizantii, Episcopi Catharensis, et in tota Diaecesi Aquilejensi Suffraganei, et Vicarii Generalis, habita Utini in majore Ecclesia die 4. Martii 1587, typis Utinensibus 1787.

Billichgratz (Phil. Gotthard L. B. a) Academicus Labac. dixit orationem inscriptam:

Syngraphe Eucharistica magno Justitiae Advocato D. Ivoni, Tutelari suo ab Inclyto Collegio Juridico Labacensi demississime oblata, panegyrica dictione celebrata anno qVo InCLYtI CoLLegII IVrIDICI LabaCensIs pletas noVIs DIVo tVteLarI honorIbVs parentaVerat. Labaci ex typographeo Mayriano. 4.

Blagay (Joan. Nep. S. R. I. Comes Ursini a) Carn. Weissensteinensis, Caes. Reg. Consiliarius in Carniolia, et supremus Viarum Director, socius Agrariae in Carniolia Societ. cui porrexit:

Beantwortungsschrift über die von der k. k. Gesellschaft des Ackerbaues und der nützlichen Künsten in Herzogthum Krain aufgestellte Preisfrage: Die Vereinbarung der unterthänigen Dorfbesitzungen unter einer Grundobrigkeit betreffend, welche den 20. Wintermonath 1770 mit dem Accessit beehret worden ist; extat inter Opera Societatis 1774. Labaci 4. editis.

Blagay (Stephanus Ursini Comes a) Carn. Weissensteinensis etc. imprimi curavit librum cum inscriptione: Quaestio politica ex Cornelio Tacito. Argentinae 1616, in 4.

Blagay (Weichard Leop. Ursini S. R. I. comes a) Carn. S. C. M. Ephebus, et Leopoldus Ferd. S. R. I. comes a Kobenzel Artium LL. et Phil. Doctores creati, quando prodivit: Folium Viennense Austriacis Victoriis Laureatum. Viennae apud Susan. Cosmerovii vid. in 4.

Bohoritsch, vulgo Bohorizh (Adami) Carn. et Evangelicae scholae Labaci Rectoris,

Arctica horulae subcisivae de Latino-Carniolana litteratura, ad Latinae linguae analogiam accommodata; unde Moschoviticae, Rutenicae, Polonicae, Bohemicae, Lausaticae linguae cum Dalmatica et Croatica cognatio facile deprehenditur. Witembergae. Anno MDCCLXXXIV, in 8.

Dedicatione directa ad Illustrium Styriae, Carinthiae et Carnioliae Procerum filios, universamque equestris ordinis ingenuam juventutem. Datum Witembergae in Saxonia ipsis Calendis Januarii Anno CIↃIↃXXCIV.

Bona (Joan.) S. R. E. Cardinalis reimpressa manuductio ad coelum. Labaci 1629, in 32.

Ejus brevem methodum ad Deum se elevandi, in Carniolicum vertit Redeskini; vid. sub Lit. R.

Bono et Bonomi (Petrus) Istrianus civitate Pola (Julia Pietate) oriundus, Caesareus primum Protonotarius, dein Episcopus Tergestinus, multum in perscrutandis naturae arcanis laboravit, scripsitque:

a) Epistolam ad Rdmum. D. D. Mathaeum Lang, Eccles. Gurcensis Administratorem, Augustensis praepositum, S. C. Maj. Consiliarium. Argentorati 1530, in 4.

b) Epigrammata.

c) Epistolas varias. Teste Trithemio Nr. 823.

Bonomo (Andr. Joh.) Tergestinus, qui sub Academico nomine Ornitei latere voluit, edidit:

Ornitei Lusanii dissertatione supra l'origine degli antichi Conti di Gorizia, in Trieste 1785. 8. in qua cl. Auctor singularia, ab aliis fere non observata, circa veram originem Comitum Goritiae ex chartis, et monumentis Aquilejensibus detexisse videtur, atque inter alia verisimilibus argumentis historicis evincere conatur, Comites Habspurgicos, Zaringenses, Andecenses, Goritienses, Ducesque Meraniae eadem ex stirpe prognatos esse. Lege cl. P. Gruber Piaristae supplement. Tom. III, p. 987.

Bouhour Christliche Gedanken auf alle Tage des Monats. Laybach beym Eger 1775, 8. ex Gallico translatum, in Carniolicum vero versum P. Marci Manuscriptum jacet apud eumdem typographum Eger.

Bratassevitz (Andr.) Carn. Vippac. Med. Dr. edi fecit:

De expositione tentaminum, ac observatorum, circa remedia, morbosque varios versantium. Viennae 1779. 8.

Brawn (Eduard) in Carnioliam venit, *curiosius* mirabilia hujus Provinciae perscrutatus, atque, quia in ea aliquamdiu est commoratus, scripsit:

Relationem de fodinis Montanisticis in Forojulio, quae in Acta Anglicana A. 1669, p. 895. transsumpta fuit.

Breckerfeld (de) varia et notabilia sua manu de Carniolia scripsit, quae Lienhard in Geschichte von Krain fideliter transsumsit.

Bresnek (Ant.) Beneficiatus Ecclesiae Saxenfeld, sub prelum misit:

Vezhna Pratika od Goſpodarſtva, v' katiri je najdti, koku be usaki hishni goſpodar svoje hishne rezhi s' nuzam oberniti mogel. Labaci apud Eger 1789. 8.

Bresnik (Joan.) vid. Werneg sub litt. W.

Breviarii Romani supplementum juxta *Decreta* Innocentii Papae X. et successorum Pontificum usque ad A. MDCLXXXVII. Labaci typ. Joh. Thom. Mayr. 1687. 8.

b) Aliud editum est Romae 1688 litteris Glagoliticis in Slavonico idiomate.

Brigant (Franc.) Parochus in Ungrisbach prope Goritiam typis mandavit:

a) Sertum, in quo Marianae virtutes ex Litaniis Lauretanis depromtae continentur et Aug. Imperatori Leopoldo I. dedicatum. Utini apud heredes Caroli Schirotti 1671, in 4.

b) Confutatio Novorum, asserentium B. V. Mariam non suisse maestam tempore passionis Christi. Emendatior et completior editio. Ibidem 1671, 4. Prima editio meos hactenus oculos fugit.

Brigido (Pompejus L. Baro, jam S. R. I. Comes de) Capitaneus Commendans Tergesti, et Agrariae Societatis in Carniolia membrum, exaravit: Erfahrungsmässiger Unterricht, Wie die Schafe durch gute Pflege zur vollkommnester Art gebracht, und bey solcher erhalten werden können. Extat in Operibus Agrariae Societ. Laybach 1774, 4.

Brugler ad **Herculsberg** (Joan. Romarici) Juriseti, Comitis Palatini Caesarei et Celsissimorum Principum ab Eggenberg Labaci Secretarii et Consiliarii:

a) Ars meum et tuum discernendi etc. Augustae Vindelicorum 1694, 8. inclyti Ducatus Carnioliae Proceribus ac Statibus dedicata.

b) Praxis Philosophiae Christianae ad perpetuam animi tranquillitatem. Aug. Vind. apud Koppmayer 1696, in 12. dedicata Seren. Ducibus. Celsiss. ac Rdmis. Principibus, Rdmis. Illustris. Excell. Perill. Illustr. Praenobil. ac generosis, Inclyti Ducat. Carnioliae Proceribus, ac Statibus etc.

Brusati (Val.) Carn. Med. Doctoris: Dissertatio de morbis feminarum. Viennae 1766. 8.

Bucelleni (P. Octavius) e S. J. AA. LL. et Phil. ac Theol. Doctor, ejusque in Moralibus Professor, et p. t. Inclytae facult. Philosophicae Viennae *Decanus spectabilis* detulit orationem inscriptam: Orbis eruditi anima, Virgo, Philosophorum Princeps, Diva Catharina, quam peroravit D. Augustinus Hirneys Logices auditor. Viennae typis Sim. Schmidii 1714, in Fol. Vid. et Corednig.

Bucellini (P. Thom.) Ordinis Praedicatorum S. T. Magister dixit et ad *imprimendum* dedit: Fünf *Davidische* Schlingen-Stein, das ist: eine Nationspredig auf die J. HH. MM. Achatium, Hermagoram, *Fortunatum*, *Primum* und Felicianum, welche von einer löbl. Nation des Herzogthum Crain absonderlich verehret werden. Wien bey Joh. *Bapt. Schönwetter* 1707, in 4.

Budina (Samuel) Labacensis floruit 1550, cujus studio et opera ad posteros pervenit:

a) Historia Sigethi, totius Slavoniae fortissimi propugnaculi a Solimano Turcarum imperatore M. D. LXVI *capti, Christianisque erepti, per Mag. Samuelem Budina* Labacensem jam olim in latinum conversa, nunc vero ad novam editionem Schardianam denuo recognita, et emendata, extat in Schwandtneri Scriptoribus Rer. Hung. T. I. p. 723. Vienn. impressis, impensis Jo. Pauli Krauss 1746, Fol.

b) Historica descriptio castri Sigeth recuperati, quod Turcae Commendanti Comiti Nicolao Zrini assultatoria vi, cum ejus vita rapuerunt, extat in Germania antiqua illustrata. Tom. IV, p. 2261. Hujus quoque meminere Simon Selandus et Georg Koenig in sua Bibliotheca. Originalis Germanica editio jam pridem intercidit. Vix eam amplius alicubi reperies.

Burchard (Joan. Bapt.) Med. Doct. et Physicus Rudolphiwerdae evulgavit:

Commendatio thermarum Rudolphswerthensium, teste Valvasorio lib. III, p. 378.

CITHECA.

Scrinium III. sub Littera C.

Cagnaroni (Caesar) J. U. D. conscripsit et publicavit: Statuta Inclytae Civitatis Tergesti etc. Laudatur a Valvasorio lib. XI. Chronic. p. 598.

Cajetanus (Ant.) Aquilejensis Patriarcha, dein Cardinalis et Archidiaconus in Laterano, postquam scripsisset: Pro Ecclesiae Romanae Unione, ut habet Ughellius et † A. 1412.

Caimus (Euseb.) Utini in Forojulio natus, J. U. D. Canonicus Aquilejensis, post hac Episcopus Novae Forojuliensis civitatis † A. 1640, et sui ingenii fructus reliquit:

a) Responsio juris. *b)* Miscellanea. *c)* Tractatum de Retractatu. Joecher in Lexic. Eruditor.

Caimus (Jacob.) Utinensis J. U. D. scripsit:

a) Lucubrationes varias. Patavii per Pasqualum 1654, in Fol. *b)* De Dotibus. *c)* De substitutionum natura. *d)* De Legato et Fidei commissis. *e)* De jure accrescendi. *f)* De jure belli, et *g)* Dissertationem et epistolam gratulatoriam ad Clementem IX. Patavii per Trambottum 1678, in 8. et quaedam alia teste Joecheri Lexic. Eruditor.

Caimus (Pompej.) Eusebii frater natu minor. Med. Doctor, Philosophiae in Collegio Romano Professor, Gregorii XV. Archiater et p. t. pestis Titiani in Forojulio † 1631, cum Caesare Cremonio et Julio Caesare Lagala tricas habuit. Reliquit sequentia sui ingenii monumenta:

a) De calido inato. *b)* De febrium putridarum initiis. *c)* De nobilitate. *d)* Parallelo politico delle Republiche antiche et moderne. Padova per Tozzi 1625, in 4. *e)* De sapientia et hominis natura, ext. in Responsis Liceti ad praesita per epist. T. III. p. 144.

Calin (Joh. Paul.) vid. Rosmann sub Lit. R.

P. Callistus a S. Inocentio, Bojus Augustinianus Discalceatus, Labaci Philosophiae primum, post modum T. Lector, exinde Prior, Definitor, mox demum totius congregationis Discalceatorum Italiae et Germaniae Praepositus generalis scripsit et edidit librum:

Cynosura mentis, seu Philosophia rationalis Augustiano-Thomistica. hab. 1690, in 12. Faventibus auspiciis Rdmi. ac Ampliss. et Illustris. Dni. D. Antonii de Gallenfels celeberrimi, et antiquiss. Monasterii Sitticensis Abbatis dicata, et defensa a Rel. F. Cassiano a S. Regina Labaci in Ecclesia FF. Eremitar. Discalceator. Ordinis S. P. Augustini in publica disputatione inter confluentes Auditores distributa.

Candini (Joan.) Juris consulti, Patritii Utinensis: Fasti, seu Comentarii Aquilejenses. Venet. 1521.

Capello (Ant.) Utinensis Decanus ex italico versa, tacito suo nomine edi fecit:

a) Leon. Matthaei de Utino sermones quadragesimales, et de Sanctis. *b)* Marci Ant. Sterni sertum coeleste rosarum viginti, spirans odorem. Valvasoni in Forojulio † 1705, octogenario major.

Capello (Petrus Paul.) in Metropolitana Aquilejensi Presbyter, et Cathedralis Ecclesiae Pedinensis Canonicus. S. T. D. ex italico in latinum transtulit

Francisci Maria de Aretio Ordinis Capucinorum Emmi tituli S. Priscae S. R. Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Casini opera omnia tomis III. Augustae Vindelicor. et Graecii 1730, in Fol.

Carolus V. Romanorum Imp. Dux Carnioliae etc. scripsit:

a) Institutionem ad filium suum Philippum II. quae ext. nella Raccolta de Sansovino Part. II. pag. 1, et juxta Cranz. rer. Saxon. lib. 2. c. 8. *b)* Primam Grammaticam Germanicam.

P. Carolus Josephus a S. Floriano Ordinis Minorum observantium Reformatorum imprimendam dedit: Fundazione della Chiesa di Aquileja. Mediolani 1757.

Carthagena a S. Maria (Paul.) Burgensis, secta Judaeus, ad Christi fidem conversus, primum Trevigni Archidiaconus, dein Carthaginensis, mox Burgensis Episcopus, Castellae Legionis Archicancellarius, denique Patriarcha Aquilejensis creatus, † 1435.

N i c o l a i de L y r a P o s t i l l a s, vel correxit vel supplevit libris II. procussis Burgis 1591, in Fol.

Carusa (Francisci) Med. Doctoris et Practici Labacensis: Parenthesis Encomiastica Carnioliae, quam Valvasor Chronici sui lib. III. pag. 373, inseruit.

Castellez (Ant.) Carni Sagurjensis Med. Doctoris, Practici Labacensis:

a) De praecipuis medicamentis ex metallis et semimetallis. Vien. 1770, in 8. *b)* Prüfung und Gebrauch des warmen Bades zu Toeplitz in Unterkrain. Wien bey Kurzböck 1777, in 4. maj. in duas columnas latina et germanica linguis correspondentibus divisum. *c)* Badordnung zu Töplitz in Unterkrain. Layb. 1776, in Fol. *d)* Salicariae vis febrifuga analoga vi corticis Peruani, quam expertus est. Lab. typ. Egerianis 1792, in 8.

Castellez (Math.) Carn. Kellerbergens. primum Parochus in Toeplitz, exinde ad S. Bartholomaei in camptis, post Canonicus ad S. Nicolai Rudolphiwerdae senior, et Beneficiatus SS. Rosarii, qui et aliud Beneficium in eadem collegiata Ecclesia fundavit; typis vero edidit:

a) Bratovske bugvize Svetiga Roshenkranza. Graec. 1682, in 8. *b)* Modus adjuvandi agonizantes. Lab. 1682, typ. J. Bapt. Mayr, in 8. latino-carniolicus liber. *c)* Breve exercitium matutinum et vespertinum. Lab. 1682, in 12. *d)* Nebeshki zyl, tuje: premishlovanje teh Sveteh Ozhakov. Lab. 1684, in 8. Ex hoc *e)* Mesz Boshje lubesne recusum est. Lab. typ. Egerianis 1768, in 12. *f)* Kratki sapopadik potrebnih Katholshkeh naukov. Lab. 1685, in 12. *g)* Praxis Cathechistica, tuje: Nauk Christianski. Lab. 1686. typ. Mayrianis, in 8. *h)* Nebu na semli po Boshji voli. Lab. 1686, in 8. Scripta hujus pro patria litteratura optime meriti viri plurimum fructum tulerunt vel maxime in plebe rudi, quamvis et curionibus sacris grata venerint, quam

quae gratissima, quae patria lingua prodierant in publicum; viderat enim vir optimus, quanta animarum Curatores in linguae vernaculae expressione, atque doctrinae Christianae explanatione difficultate laborent, ut saepe saepius aqua haereat: vel rem omnino inepte reddant Carniolice; camobrem suis opusculis illis volebat subvenire. Post ejus obitum plura Mss. reperta fuere, quae Valvasor in Chron. lib. VI. annotavit nempe:

a) Simplex translatio SS. Bibliorum veteris, et novi testamenti secundum articulos, Tomis III. Ubi lateat: vel num perieret, nusquam potui pervestigare. *b)* Thomae de Kempis de imitatione Christi libri IV. in carniolicum versi, quos aliqualiter emendatos sub suo nomine edidit P. Hippolytus Neostadiensis Capucinus. *c)* Duhovne shpegel od sazhetka, inu konza zhloveshkega shivlenja, traductum ex italico libro intitulato: Specchio spirituale del principio, e fine della vita umana. *d)* Shpegl te zhistoste. *e)* Viridarium exemplorum, in quo numerantur septuaginta exempla accomodata concionibus. *f)* Dictionarium latino-Carniolicum. Meo tempore PP. Capucini Labacenses Dictionarium latino-germanico-Carniolicum typis praeparabant: sed — sors crisi novis Labacensibus adversus primum folium procusum, 22. Junii 1776, adjecta absterriti ab opere coepto primas manus retraxerunt.

Castelliz (Ant.) Carn. Sagorjensis, et

Castelliz (Augustin) vid. Fabianitsch sub Lit. F.

Castonius vid. Turriani Castoni sub Lit. T.

Ceremoniale seu Ritus tum ad Missas privatas etc. adhibendus pro Reformata nostra Provincia Carnioliae etc. a quodam Sacerdote Ordinis Minorum strictioris observantiae. Venet. 1715, in 16.

Cesinge (Joan. de) Vindus Interamnensis nobili genere natus, Episcopus Quinqueecclesiensis in Hungaria, vir et litteris, et ingenio memorabilis, Poëta nobilis suae aetatis scripsit Poëmata, quae cum tali Epigraphe prodierunt: Jani Panonii Poëtarum sui saeculi facile Principis, in Hungaria Quinque-Ecclesiarum Antistitis Poëmata, quae uspiam reperiri potuerunt omnia. Ultrajecti 1784, in 8. Non sua culpa, ut ipse, dum viveret, testatus est: sed Hungarorum invidia in Regis Mathiae indignationem incidit, quod et moriens suo ipse Epitaphio posteris testatum voluit:

Hic situs est Janus, patrium qui primus ad Istrum,
Duxit laurigeras ex Helicone Deas;
Hunc saltem titulum livor permitte sepulto;
Invidiae non est in monumenta locus.

Cherigati, latine Clericati (Leonellus) Episcopus Arpae (Concordiae) in Forojulio, ad varias aulas Legatus, Innocentii VIII. Referendarius domesticus † 1506:

a) Nili Archiepiscopi Thessalonic. orationem de causa dispensationis, et divulsionis Graecorum a Latinis in latinum vertit.

b) Oratio in funere Innocentii VIII. *c)* Propositionem coram Henrico VIII. Angliae Rege Londini habitam in Ms. reliquit. Ita Joecher in Lexic. Eruditor.

Chiolich (Rdmus. D. Georg. Wolfg.) de Lewensberg Segniensis et Modrussiensis, seu Corbaviens. Episcopus A. 1747, conscripsit:

a) Catalogum Episcoporum Segniensium ex authenticis documentis concinnatum, ext. in Schwandtneri Scriptorib. rerum Hungaricar. T. III. pag. 466. edit. Krausianae Vien. 1748, in Fol. *b)* Catalogum Episcoporum Corbaviensium, qui ext. lib. cit. pag. 469.

Christan (Thomae) Carn. Feldesani Med. Doct. Academici Operosi Labacensis:

a) Dissertatio Chemico-Medica de historia acidi. Vien. 1771. *b)* Beyträge zur Geschichte und Behandlung natürlicher Pocken, nach der Vernunft und Erfahrung. Theile II. Wien bey Ghelen 1781, in 8. *c)* Kurze Geschichte und pathologische Schilderung der neuen Epidemie aus den bisherigen eigenen Beobachtungen dem Wohl des Publikums gewidmet. Wien v. Ghelen 1782, in 8. *d)* Physikalisch-politisches Tagebuch über die merkwürdigen Umstände und Folgen des Eisstosses im Jahre 1784. Wien beym Schmidt 1784, in 8.

Christian (Franc. Sales.) Labacens. Presbyter secularis et Curio sacer, dum elegantioribus adhuc litteris in Gymnasio Labacensi vacabat, publicis typis suam compositionem emisit:

Auf den Tod des Hochwürdigsten, Hochgebohrnen Herrn, Herrn Leopold Joseph des heil. Röm. Reichs Fürsten und Bischofes zu Laybach aus dem gräflichen Hause von Pettazi etc. Leichengesang, gesungen an der Academie zu Laybach im Jahre 1773, typ. Egerianis in 8.

Chroen (Celsiss. D. Thom.) Labacensis ex D. Ursula Silnickinn Senatoris Labac. filius Cathedralis Ecclesiae Canonicus Decanus, et in locum ad Lutheri sectam apostatantis Truperi suffectus Concionator Cathedralis, demum Episcopus et Princeps Labacensis, haereseos in Carniolia malleus (ni malis) Carnioliae Apostolus venerabilis † 1630. Plura scripsit, sed inedita reliquit:

a) Opus Canonicum Ms. cujus aliae partes post ejus ad Superos transitum, perperam distractae: aliae in archivio Episcopali servari feruntur. *b)* Annales, sive Annotationes Patriae Ms. quas Valvasor in sua gloria Carnioliae saepe saepius citat et usurpat. *c)* Fundatio Ecclesiae novae pro Collegio Archiducali Labacensi Inclytae Societatis Jesu in Ms. cujus fragmentum Valvasor lib. VIII. pag. 704, transcripsit in suum Chronis. sicut et *d)* Consecrationem novi templi Archiducalis Collegii Inclytae Societatis Jesu in civitate Labacensi. Ibid. pag. 706. *e)* Panegyrim in solemnitate Canonizationis S. Ignatii Loyolae. Labaci A. 1601. Ms. Unum tantum perutile, et necessarium imprimi curavit in plebeja lingua, sine Grammaticae, ac Orthographiae, eo tempore minus cultata cura. *f)* Branja, inu Evangelia na Nedejle, inu prasnike zhes zejlu lejtu. Graecii typ. Widmannstadii primum 1612, dein 1625, in 12. reimprimi fecit.

S. Chromatius Episcopus Aquilejensis, sive, ut habet Baronius: Episcopus Romaliae eo, quod Aquileja altera seu parva Roma diceretur. Eum S. Hieronymus Praefat. in libros Paralipom. vocat sui temporis Episcoporum doctissimum, et sanctissimum simul. Scripsit circa A. 400, et teste Baronio Concilium contra Origenistas coëgit. Memoria ejus in Martyrologio Romano occurrit 2. Decembris. Ab eo habemus:

a) Comentarios super Matthaeum, qui jam non reperiuntur amplius, exceptis V. et VI. Caput Matthaei et fragmentum in c. 3. Matth. de Christi Baptismate, seu *b)* Tractatus in illud Evangelii: Ego a te debeo baptizari. Basileae 1528. *c)* Homilias VIII de 8. Beatitudinibus, quae ext. in Biblioth. SS. Patrum Tomo IV. pag. 835. *d)* Epistolam ad S. Hieronymum, quae inter opera S. Hieronymi reperitur. Baronius ante Martyrologium Supposititiam censet et ego saltem in subjecta forma, cum sanis Criticis rejicio. *e)* Item ad Innocentium Papam, ad Ambrosium etc. quae perierunt, sed tantummodo ex aliorum epistolis et operibus colliguntur, Chromatium cum eis correspondisse. *f)* Epistolam ad Honorium in causa S. Joannis Chrysostomi, quam Imperator ad Arcadium misit: et S. Chrysostomus gratiarum actorias reddidit.

S. Chrysogonus Episcopus Aquilejensis circa A. 296 ad Aquas gradatas Martyrio affectus scripsit:

Epistolas II ad Anastasiam matronam Romanam, quae ex Nicephora et Suida, legi possunt lib. VIII. Chronici Valvasor. pag. 502 et 503.

Churelich (Laurent. a) edidit carmina italico aeque, ac latino sermone:

a) Per la entrata in Vienna nel ritorno dalla cita Imperiale di Francofort, al Leopoldo sempre Augusto. Vien. 1658, in 4. *b)* Itinerario etc. Vien. 1661 in 8. et citatura Valvasorio libro XI. pag. 599 et pag. 149 de translatione corporis S. Peregrinae M. ad Ecclesiam PP. Augustinianor. Discalceator. Labaci ita scribit: cosi canto il Poëta araldico sopra le 9. lettre di S. Pelegrina al felice Pellegrinaggio de Agostiss. Leopoldo; continet Aeneadem Peregrinae nobile nomen etc.

Cithardi (Henr.) A. 1589 in 4. Ms.: Metaphysica habetur in Bibliotheca Auerspergiana Labaci.

Clapsche (Pauli Franc.) Carn. Parochi Tolminensis et Consistorialis Episcopi Tergestini:

Synopsis catechetica. Tuje: sbrani Nauk Karshanski u kratkih beſſedah sapopaden. Lab. typ. Adami Fridr. Reichhard 1743, in 8. Dedicata Rdmo. DD. Leop. Comiti a Pettazi, Episcopo Tergestino, qui ipse hunc librum censuit et approbavit.

Cleva (Ant. de) vid. Lukantschitsch sub Lit. L.

Cobenzel (P. Joan. Raph.) e S. J. Lugae in interiore Carniolia e L. Baronum, jam Comitum de Cobenzel prosapia oriundus, Professor Phil. et Theologiae publiccus, dein et Clagenfurthi et Graecii Collegii Rector, demum primus in domo professa Praepositus scripsit:

a) Velitationem epistolicam in Triumviros Augustanae Confessionis verbi ministros: An ex fide probari possit: Baptismum sub consueta formula verborum expressum, esse Baptisma Christi. Anno 1615. *b)* Librum de norma fidei et Religionis, seu in concionem Simonis Aran: de norma fidei et Religionis. Anno 1617. Viennae † 1627, ac mox mortali corpore solutus alteri e societate Fratri, amico suo absenti, clara diei luce bis splendens, scipione viatorio, quasi iter ageret, instructus apparuit, uti refert Alegambe: ejus vero elogium scripsit Sotanellus.

Cobenzel (Leop. Ferdin. Comes a) vid. Blagay Weichard sub Lit. B.

Cocci (Marc. Ant.) vid. Sabelicus sub Lit. S.

Codelli de Fahnenfeld (Petri Ant.) Goritiens. Med. Doctoris:

De voce, vociferatione, cantu, tubarum inflatu, sternutatione, oscitatione, pandiculatione, risu, fletu, ac suspirio. Vien. 1759, in 4.

F. Constantinus a S. Cruce Bohemus, Augustinianus Discalceatus conventus S. *Josephi Labaci* alumnus, professione Calcographus scripsit:

Iconem S. Peregrinae V. et M. et varia symbola A. 1660, quae libello occasione translationis SS. Lipsanorum ejusd. V. et M. Labaci impresso inserta sunt, aliasque plures devotas imagines.

Constitutiones Illustrissimi Comitatus Goritiae editae, et confirmatae a Sereniss. Ferdinando Archiduce Austriae etc. Et denuo erectae, atque approbatae a S. C. Maj. Leopoldo I. Imp. etc. Utini 1697, typis Schiratti in 4.

Conti (Ant.) Carn. in Cathedrali Labaci Beneficiatus libellum germanicum de perpetua adoratione SS. Sacramenti Labaci 1773, procusum jussu Episcopi in Carniolicum vertit:

Bukuvze tega uſelej terpeozhega Molenja tega SS. Sacramenta tega Oltarja. Lab. 1773, in 12. *b)* Curavit etiam secundam et emendatiorem editionem: Sveta vojska P. Laur. Scupuli. *c)* Item novissimam editionem Thomasha Kempensarja Buqve.

Coppinis (Caroli Jos. de) Academici Labacensis, Philosophi absoluti:

Theses ex universa Philosophia in Archiducali S. J. Gymnasio Labaci defensae 1683, iconi, sindoni impressae subjectae.

Coppinis (Franc. de) Carnioliae Provincialis Med. Doctoris et Physici Labacens.:

a) Theoremata legalia. Venet. 1671, in 4. *b)* Propositio de Carnioliae temperie aëris, et praesertim circa circum Labacum, quam in suum Chronic. lib. III. pag. 329, translulit Valvasorius.

Coppinis (Georg. Sigefrid. de) Labacens. Provincialis Carnioliae, Graecii in S. J. convictu alumnus, et Thomas Hrovathin Vippacens. in eodem convictu alumnus Gyriens. AA. LL. et Phil. Magistri a R. P. Jos. Gall e S. J. effecti sunt, quanda ejus libellus prodiit:

Dictamina Ethico-Politica ex Enchiridio Epicteti collecta. Graecii 1709, in 12.

Coraldi (Joan. Jac.) Reipublicae Venetae Secretarii: Historia Veneta in II. Tomis Mss. in Fol. habetur in Biblioth. Auerspergiana Labaci.

Corednig (Ant.) Crainburgensis et Joseph Lienhardschitsch Carn. Freudenthalens. ex aureo monte Viennae alumnus, et Andr. Zhernagoy Vippacens. ex domo pauperum alumnus, AA. LL. et Phil. Doctores creati, quando Promovente R. P. Octavio Buccelleni S. J. libellus emanavit: Dissertatio Academica de praecipus Cartesianismi dogmate. Vien. typ. Annae Franc. Voigtinn vid. 1709, in 8.

Corella (P. Jacobi) Capucini:

Praxis confessionalis cum explicatione Propositionum damnatarum Alexandri VII. et Innoc. XI. Partes II. Lab. 1713, in 4. editionem PP. Capucini Labaci curarunt et procurarunt.

Corenini a Cronberg (Pompeji S. R. I. Comitis de) Goritiens. J. U. D. ex Episcopo Petinensi, Episcopi Tergestini:

a) Carmina, et *b)* Liber historiarum; sed nihil horum hactenus vidi.

Corenini a Cronberg (Rudolphi Comitis a) Baronis in Prebazina et Gradiscuta, Dni. Quischae et Sarsinae etc. Ordinis Equestris S. Stephani Hungariae Regis Aug. MM. Camerarii actualis, supremi Goritiae et Gradiscae Capitaneatus Consiliarii et Vice-Praesidentis Caesarei, Academiae Patavinae, Roboretanae, Udinensis etc. membri:

a) Tentamen Genealogico-Chronologicum Comitum et rerum Goritae. Vien. 1752, in 4. cum pluribus accessionibus recusum Vien. 1759, in Fol. *b)* Chorographica principalium Comitatus Goritiae, et Gradiscae cum limitibus Venetis, et vicinia novis ex dimensionibus exhibiti. Mappa aeri incisa 1756. Vien. Laudatur in Actis Eruditor. Lipsiens. A. 1750, pag. 30. *c)* Dissertatio de origine Praepositurae S. Stephani prope Aquilejam, quando Aquileja Goritiam translatae sunt variae Sanctorum Reliquiae. Utini et Tridenti 1758, in 4. *d)* Dissertazione del origine delle nobilissime Famiglie di Waldstein, e di Wartenberg. Goritiae 1766, in 4. *e)* Arbor Progonologica duorum millium quadraginta et amplius Majorum Mariae Teresiae, filiae primogenitae Petri Leopoldi Archiducis Austriae, Magni Ducis Hetruriae exhibita 1767. Vien. in Fol. min. *f)* Miscellaneorum Tomus I. Venet. 1769, in Fol. *g)* Fastorum Goritiensium. Liber I. Vien. 1769, in 8. *h)* Ragguaglio storico della vita, e del Martirio di S. Eurosia. Goritiae 1771, in 4. *i)* Epitafio in occasione della morte di Sua Maj. M. Teresia Imperadrice. Vien. apud Trattnern 1780, in 4. *k)* Editio Pastorum Goritiensium a Hieronymo Guelmi olim edita. Vien. 1772. *l)* Vienna discedentis ad M. Teresiam, piam, felicem, augustam Imperatricem Elegia. Vien. 1776. *m)* Specimen Genealogico-Progonologicum ad illustrandam Augustam Habspurgo-Lotharingicam Prosapiam Caesareo-Regio Principi Petro Leopoldo, Magno Duci Hetruriae Goritiam advenlanti oblatum. Primii Venetiis typ. Antonii Zatta: postmodum novis genealogicis, et historicis accessionibus locupletavit, et edidit Franciscus Palma, S. T. in Universitate Viennensi Baccalaureus. Vien. apud Joan. Trattnern 1774, in Fol. min.

Coroschiz (Nic.) vid. Morautscher sub Lit. M.

Cortivo (P. Joannis Bapt.) Fluminens. Ordinis Eremitat. S. P. Augustini conventualium; S. T. D. Caesareo-Regii publici primum in Graecensi, jam Viennensi Universitatibus *Theologiae Professoris* viri in graecis, hebraicis, atque latinis literis perquam exculti:

a) Dissertatio Theologica de Divinis nominibus. Vindobonae apud haered. Heyingeri 1754, in 4. *b)* Dissertatio de prodigiosa statione solis, et lunae tempore Josue. Vindob. 1754. *c)* Lucubratio Theologica Augustini germanum exhibens dogma, de nobilissimis status Innocentiae dotibus etc. Graecii 1762, in 8.

Curalt (Mart.) Carn. Locopolitan. p. t. Capellanus domesticus Episcopi Labacens. sermonem recitavit, et typis mandavit taliter nuncupatam:

Predigt beym Eingange der neuntägigen Adventandacht in der *Domkirche* zu Laybach 1782, mit Kleinmayr. Schriften in 8.

Curalt (P. Roberti) Carn. Monachi Cisterciensis monasterii Sitticensis:

Genuina totius jurisprudentiae sacra principia nova, concinna, facilique methodo pertractata. Vien. 1781, in 8. Tomi II. In germanicum versu digna. censuit D. Kreib. Vien. 1782.

SS. Cyrillus (slavice Zharha) et Metudius (Slavis Strahota) Constantini Thessalonicens. cognomento Philosophi, civis Constantinopolitani (Slavice Zhargradskega) filii, Slavorum Apostoli, traduntur:

Biblia, Missas et Ceremoniale, seu Rituale (Trebnek) in Illyrica lingua, Cyrillicis characteribus (quos Cyrillus ad tonum vocis exprimendum invenit, et Slavicis nominibus insignivit: unde et totum alphabetum Kyuriluza dictum) conscripsisse Originalia non vidi Ms. Vix extabant. Impressa autem sunt quaedam Venetiis in typographia Illyrica: alia Romae ad primaevum *exemplar* aucta et emendata: et fors etiam Viennae *nostris* temporibus apud Kurzboeck, Illyricum typographum, qui Synodum Carolovicensem: Catechismum et alia Illyricis litteris procudit. Retinent etiamnum suam typographicam officinam Illyrici Viennae. Conscripsit quoque Cyrillus Dialogos in graeca, et slavica lingua. Breviarium Romanum Slavonico idiomate jussu S. N. D. Innocentii XI. editum Romae 1688, in 4. non est litteris Cyrillicis sed glagoliticis impressum.

DELTHECA.

Scrinium IV. sub Littera D.

Dalmatini (Georg.) vid. Jurizhizh sub Lit. J.

Debevz (Joan.) Labacens. Presbyteri et Episcopalis alumni:

Kratki Nauki, regelze inu molitva sa Sakrament te Pokure. Lab. apud Eger 1783, in 12.

Decianus (Tiberius) Utinensis J. U. D. et Paduae Juris Professor, ubi † 1581, et post se reliquit:

Consilia, Responsa et tractatus criminales. Venet. per Scotum 1614. Tomis II. in Fol.

Delfino (Joan.) Patriarcha Aquilejensis A. 1667. Cardinalis creatus et † 1699. Ejus

a) Dialogos varios de materiis scientificis. *b)* Discursus in Corn. Tacitum de vita Agricolae. *c)* In Salustii conjurationem Catilin. *d)* IV. Tragoedias et Odes varias italice conscripta laudant Galeazzo Gualdo in lib. Scena d'huomi illustri d'Italia: et Lorenzo Grasso Elog. d'huomi litterati.

Dembscher (Joan. Bapt.) Carn. AA. LL. et Phil. ac S. T. D. Archiepiscopalis Curiae ad S. Stephani Viennae Curatus et Chorimagister dixit in Ecclesia PP. Augustinianorum Excalceatorum ad Inclytam Nationem Svevicam sermonem, quem intitulavit:

Udalricus des Schwabenlands sonderbarer Schutzpatron und der christlichen Welt allgemeiner Lands-Mann in einer Lobrede vorgestellt. Wien bey Heyinger 1733, in 4. *b)* Inclytae Facultatis Philosophicae p. t. Decanus detulit S. P. Q. Academico Panegyricum D. Catharinae V. et M. quem peroravit D. Valentinus Ershen AA. LL. et Philos. Baccalaureus e Caesareo S. J. Collegio convictor. Vien. typ. M. Teresiae Voigtien vid. 1739. Fol.

Dembscher alius ab illo (Jean. Bapt.) ex fratre Nepos C. R. Aulae Consiliarius et Consilii Militaris Referendarius imprimi curavit:

Genuina Jurisprudentiae Romanae fundamenta. Vien. 1745, in 4.

Deu (Felix Ant.) quaere sub Lit. J. Joannes Damascenus.

Dietrich (Franc. Xav.) Carn. Monasterii in Michelstaetten Monialium Ordinis S. Dominici Aulae judex scripsit:

Relationem de monasterio et appertinentiis in Michelstaetten, quae ext. in P. Mariani Austriae sacrae Parte III. Tomo V. pag. 193, et Part. IV. Tom. VII. pag. 302.

Dillher (P. Carol.) Austriacus e S. J. in gymnasio Labacensi SS. Canonum Professor et altiorum Decanus, jam Collegii Labacensis Rector tacito suo homine evulgavit: Drey lustige und sehr nützliche Gespräche zwischen einem Soldaten und Kaufmann, beyden Gebrüdern. Layb. bey Georg Heptner 1763, in 8.

Directorium Confessariorum singulis Pastoribus, animarum Curatoribus, pro quovis poenitentium statu perutile DD. Consodalibus Sacerdotibus congregationis sub auspiciis J. M. J. et protectione S. Michaëlis Archangeli in superiore Carniolia Monspurgi erectae, in strenam anni 1698, datum Lab. ex typographeo Mayriano 1697, in 12.

P. Dismas a S. Elisabetha Carn. Schischkanus, alias Joseph Sakotneck vocatus anno 21. aetat. Augustinianum Excalceatum induit, et Strehlae in Silesia concionator, ac Curatus in Brausse † 1793, collegit ruri in plebe antiquissimas Carniolicas cantilenas:

a) Od Pegama, quam Lienhart in germanicum atque in suum lib. Blumen aus Krain translulit. *b)* Od Jurja Kobila. *c)* Od Krayla Mathiasha. *d)* Od lipe nastaremu tergu. *e)* Od lepe Vide: Lubzhek se na rajsho spravla etc.

Disma-Philogia. Libellus pro Sodalibus Nobilis Congregationis S. Dismae in Cathedrali S. Nicolai germanica lingua impressus prodivit. Layb. bey J. Georg Mayr, in 8.

Dolar (P. Nicol.) Carni. S. J. Sacerdotis praestantis Musici Compositoris: Musicalia varia. Vien. 1665, in Fol.

Dolenz (P. Carol.) e Soc. J. AA. LL. et Phil. Doctoris, ac Professoris Graecii et Viennae, p. t. in Universitate Viennensi Senioris et Consistorialis:

a) Fastorum Ecclesiasticorum libri XII. Vien. 1740, in 8. maj. *b)* Scriptores Universitatis Viennensis ordine Chronologico propositi. Vien. 1741, in 8. *c)* Dialogi Physici de Plantis ex opere gallico P. Natalis Regnault excerpti et in latinum traducti. Graec. 1743, in 8. *d)* Austria liberata. Graecii 1743, in 12.

Dolinar (Ant.) vid. Gallizhizh sub Lit. G.

Dolnizher vid. Thalberg sub Lit. T.

Dominicus Episcopus Gradensis, et Patriarcha Aquilejensis potestate a Leone IX. Crucem ante se gestandi impetrata, a Gregorio VII. An. 1073 ad componendum schisma ad Michaëlem orientalem Imperatorem missus scripsit: Epistolam ad Petrum Patriarcham Antiochenum, quae una cum Responsoria graeca, et latina legi potest in Cotelerii monument. Ecclesiae graecae Tom. II. pag. 108.

Dominis (Marc. Ant. de) Segniensis de genere Theobaldi de Placentia, postea nomine Gregorii X. Papae, cujus gratia Episcopus Segniae creatus est. Vir ingenio et litteris praeclarus: sed in fide Catholica admodum inconstans, cujus postquam praepositum civitatis prodendae innotuisset, ne periculum capitis subire cogeretur, fuga sibi citius consuluit; Romam auffugiens, et, ne, ut palam minabatur, ad Reformatorum partes accederet: vel potius ut Roma amoveretur, rem Cardinale Borghesio agente et perurgente ad Epicopatum Spalatrensem promotus fuit. Inde in Angliam trajecit apostata a Fide. Tractu temporis inde per Gallias, et Flandriam clam ad Italiam poenitens remeavit. Romae A. 1622, ad Ecclesiam S. Petri fune cum petra super collo appensa genuflexus poenitentiam proposcit, absolutionemque impositis gravibus poenitentiis, quibus se subjecit, impetravit. Exinde nihilo constantior

effectus A. 1623, in pluribus delatus ab Inquisitoribus ad carceres condemnatus fuit, et quia doctrinam suam: Hominem in quacunque Religione salvari posse, revocare et abjurare noluit, ad perpetuos carceres addictus est. Non multo post vitam in pertinacia finit. Mortuus per primaria urbis compita asino alligatus traducitur, a carnifice rogo impositus concrematur, cineribus ejus in Tiberim sparsis. Scripsit:

a) De moribus et Ritibus Segniensium teste Valvasor. lib. XII. pag. 91. *b)* De Republica Ecclesiastica contra Primatum Papae. Hildebergae per Joan. Lancellotum 1618. Tomis III in Fol. *c)* Sui reditus ex Anglia consilium. Romae typ. Camerae 1623, in 4. *d)* Epistolas II ad Ordines foederatos Belgii ext. in Epistolis auctis Limborechi, pag. 487 et 490. *e)* Petri Suavis Polani, id est: Pauli Sarpii Historiam Concilii Tridentini, quam in Ms. ab Auctore accepit et primo in Anglia sub prelum misit, ac Jacobo I. praefixa libro epistola dedicavit. Quod quamprimum Sarpio innotuit, contra protestari non distulit et suam Historiam Conc. Tridentini sine dedicatione edi fecit Genevae. *f)* De radiis visus, et lucis; et quaedam alia opuscula.

Donadoni (Joan. Casimirus) scripsit:

Relazione della venuta, e permanenza di Carolo VI. Imperadore nella cita di Trieste. In Lubiana 1728, in 8.

Donati (Bernardin.) de Zano, loco sub Veronensi ditione natus, docuit Capodistriae circa A. 1469 linguam graecam; sexagenario major †. Ab eo habentur, quae in latinum vertit:

a) Latina interpretatio et Paraphrasis in Oeconomica Aristotelis, ext. in Aristotele junctarum Tomo III. pag. 167. *b)* Eusebii demonstratio Evangelica. *c)* Xenophontis liber oeconomicus etc. libri graeci.

Durn (Andr.) Carn. Vippacens. et Joannes Koppaunig, Carn. Cranaugiensis AA. LL. et Phil. Magistri creati, quando prodiit:

Epitome historica Pontificum, Caesarum et Regum Europae omnium. Graecii 1735, in 12.

EPSJLONTHECA.

Scrinium V. sub Littera E.

E. (J. J.) Frage der Ackerbaugesellschaft in Krayn: Worauf kömmt es hauptsächlich an, dass in diesem Lande die Feldwirthschaft ihren gewünschten Fortgang habe? beantwortet in einer eingeschickten Schrift von J. J. E. Ext. in novis labacensib. 7. Septembris typ. Egerianis ad A. 1776, in 8.

Eckenberg (Durchleuchtige Herzoginn, Hochgebohrne Fürstinn und Frau Fr. Eleonora Maria Rosalia Herzoginn zu Cromau und Fürstinn zu) pro se primum compilavit, dein in bonum publicum evulgavit:

Freywillig aufgesprungener Granatapfel. Primo Viennae, dein Graecii 1697, in Fol. procusum librum.

Edling (Joan. Nep. Comes et Dnus. ab) Carn. ex Haydenschaft, Capitaneus Locopolitanus, Scholae Normalis Caesareo-Regius Referendarius in Carniolia, Ducatus Consiliarius, Caesareae Aulae Camerarius, Ordinis S. Michaëlis in Bavaria Eques, Academiae Operosorum Labacensium Referens et Arcadum Goritiae membrum edidit:

a) Allgemeine Landes-Normalschulordnung nach dem k. k. Dekret. Layb. beym Eger 1775, in Fol. *b)* Foderungen an Schulmeister und Lehrer der Trivialschulen germanico simul et Carniolico idiomate. Ibid. 1778, in Fol. *c)* Kern des Methodenbuches in Carniolicum versum et Augustiss. Mariae Teresiae Imp. dedicatum. Vien. apud Kurzboeck 1777, in 8. *d)* Abhandlung, welche im Jahre 1768 von der ökonomischen Gesellschaft zu St. Petersburg ist gekrönet worden, über die Frage von den Eigengründen der Bauern etc. aus dem Französischen des Hr. Bearde de l'Abbaye übersetzt, bey einer öffentlichen Prüfung aus der sammentlichen Polizeywissenschaft dem Titel Hr. Gr. Joh. Nep. v. Edling etc. zugeeignet von Vinzenz Stingel aus dem nordischen Stifte am k. k. Lyceum in Linz 1778, in 8. maj. *f)* Der Isenz und die Laybach eine Idyle. Augspurg bey Joh. Jak. Lotter 1781, in 8. Tacito auctoris nomine imprimi fecit, continetque renovationis Academiae Operosorum Labacensium, et institutionis Arcadum Goritiae memoriam. *g)* Ta male Katechismus is sprashuvanjam etc. 1779, ineunte anno editus litteris Egerianis in 8. *h)* Ein Gedanken des Gr. und Hr. v. E. an einen jungen Barden Freyherrn von S. Layb. 1781, in 8.

P. Edmundus a S. Pancratio, vulgo Sumrecker Labacensis, Augustinianus Discalceatus, † Labaci 1735, reliquit

a) Sententiosa Apophtegmata cum soluto tum ligato, communi loquendi stylo expressa, pro discursu facete, jocunde, eruditeque condiendo, ac promovendo aptissima, ext. in Biblioth. conventus Labacens. ad S. Josephi Ms. laudatur a plerisque legentibus, sed a nemine ad typum promovetur. *b)* Sententiae ex variis libris Ss. Patrum collectae in usum Concionatorum. Ms. 1709, in 4. ext. in ead. Biblioth.

Ellffen (P. Nicolai) e Soc. Jesu:

Panis coeli, seu brevis instructio pie vivendi, ac sancte moriendi Congregationi majori latinae instrenam oblatus, et Celsiss. ac Rdmo. Principi Leopoldo e Comitibus de Pettazziis, Episcopo Labacensi, dum ejusd. Congregationis Rector proclamatus fuit, oblatus. Lab. apud Heptner 1764, in 8.

Entersfeld (Frideric. Nobilis ab) Caes. Regiae inferibris Austriae oeconomiae, nec non Agrariae Societatis in Carniolia membrum, Aulae Celsiss. Principis Passaviensis Episcopi Consiliarius submisit Agrariae Societati in Carniolia suam Dissertationem, quam Societas suis operibus insertam voluit, nempe:

a) Abhandlung vom Brande der Fruchtkörner, dem Ursprunge dieses Uebels und Mittel wider dasselbe. Layb.

1776, in 4. *b)* Abhandlung von den eigentlichen Ursachen der Viehseuchen: dann einige Präservativ- und Kuratzions-Mittel dagegen. Layb. 1779, in 4.

Erber (P. Anton.) Carn. e nobili L. Baronum stemate e Soc. J. AA. LL. et Phil. ac S. T. D. et Professoris publici, Graecensis Universitatis Cancellarii, nec non *Collegii* Labacensis Rectoris emeriti

a) Styria ter felix: Religione, fertilitate et deliciis. Poëma heroicum. Graec. 1727, in 8. *b)* Topographia Ducatuum Carinthiae et Carnioliae. Vien. typ. M. Teresiae Voigtin 1728, in 12. *c)* Topographia Styriae pariter in 12. *d)* Dissertationes Theologicae de Conciliis oecumenicis. Graec. 1737. *e)* Epitome controversiarum, Religionem spectantium. Graec. 1739, in 8. *f)* Panegyricus D. Catharinae V. et Martyri dicatus, quem peroravit D. Ant. Margschwentner Rhetoricae Studiosus. Vien. apud Voigtinn 1734, in Fol. *g)* Institutiones Dialecticae, sive brevis quaedam ad reliquam Philosophiam introductio methodo scholastica elucubrata. Vien. Joan. Th. Trattner 1750, in 8. *h)* Cursus Philosophicus in III tractatib. ibid. 1751, in 8. *i)* Theologia speculativa in VIII Tractatib. Vien. ab A. 1741, usque 1748, in 8. edita.

Erber (P. Bernardini) Carn. e Soc. Jesu Professoris Philosophiae et Matheseos Labaci, dein Praefecti in Teresiano Viennensi jam Lincii Regentis Seminarii:

Notitia illustris Regni Bohemiae. Vindobonae 1760, in Fol. maximo, sive regali.

Erberg (Benjamin L. B. ab) Carnioli de Temp. Carnioliae oriundus:

Theses ex universa Philosophia Labaci publice defendit et saepe saepius in aula Academica theses expositas oppugnavit, vid. sub Lit. S. Stainer.

Erberg (Danielis ab) Carni Gottscviensis AA. LL. et Phil. Magistri, J. U. D. Criminalium Causarum Actuarii et Provinciae Carnioliae Secretarii, sub nomine: Fidus Academici Operosi Labacensis:

Disputatio juridica de officio judicis, coram D. Georgio Wochinz Carniolo, J. U. D. Comissario delegato A. 1671. Vien. in Fol. Proceribus Carnioliae dedicata.

Erbrechts ausser Testament und andrer letzten Willen, auch was deme anhängig in Dero Erbherzogthum Krayn (Neue Satz- und Ordnung Carls VI. Röm. Kaisers). Grätz Anno 1737, in Fol. Etiam Tergesti reimpress. 1775, in germanico et carniolico idiomate.

Ershen (Valent.) vid. Dembscher sub Lit. D.

Erwartung der Geburt des göttl. Kindes Mariae, das ist: Neuntägige Andacht zu dem in Jungfräulichen Leibe Mariae verschlossenen Welterlöser, welche in Landesfürstl. Hauptstadt Laybach in der Hochwürdigsten Dom-Kirchen gehalten wird. Layb. bey Ad. Reichhard, landschafftl. Buchdrucker in 12.

FJTHECA.

Scrinium VI. sub Littera F.

Fabiani (P. Ignat. de) Labacens. Ordinis Cisterciensis de Sitticio Professus, Archivarius, et Rdmi. D. Abbatis Secretarius, sublato monasterio Viennae † in universali Hospitali 1794. Scripsit:

a) Sitticensium Documenta, seu Historicam monasterii Sitticensis Ordinis Cisterciensis in Carniolia relationem, quam P. Marianus in suam Austriam sacram Parte III. tom. V. pag. 117 et seqq. Item Parte IV. tom. VII. pag. 312—351. Nr. 52, retulit. *b)* Grundzüge der kristlichen Sittenlehre vom Abbe Ignatz v. Fabiani, der Weltweisheit Doktor. Wien bey Joseph Stahel 1789, in 8.

Fabianitsch (Leop. de) Labac. Carnioliae Provincialis et Andr. Furlani Vippacens. et Ant. Castelliz Sagorjens. et Mich. Petritsch Zirklacens. et Jac. Philip. Suppan Verlacens. et Matthaeus Rosmann Sagorjens. et Augustin. Castelliz Labac. AA. LL. et Phil. Doctores. Viennae creati, quando in praesentes distribuebatur:

Utilitas rei numariae veteris compendio proposita. Vien. apud Adam Schmid 1733, in 8.

Fabriotti (Franc. Josephi) Goritiens. Medic. Doctoris: Theses de Polypo et ancurismate. Vien. 1763, in 4.

Fabritius (Adrian. Wilhelm.) S. T. D. Archidiaconalis Collegiatae B. V. ad gradus canonicus capitularis libellum a P. Segneri italice conscriptum latinitate donavit, cujus titulus est:

Devotus Mariae Virginis cliens. Labaci formis J. G. Mayr 1724, in 12. *b)* Dialogus Isagogicus sapientiae Sanctorum. Part. II. Lab. 1724, in 12. Academiae Operosorum adoptatus.

Faitilli (Ignat.) in versificando expeditus p. t. suae morae Labaci cecinit et imprimi fecit:

a) Ode an Ihro Hoch- und Wohlgebohrne Hochgräfl. Gnaden Eleonora Erdödinn, eine gebohrne Gräfinn von Eichenbüchel. Layb. mit Egerschen Schriften 1779, in 4. *b)* Fastengedanken in ungebundener Rede, gewidmet der Fräulein Joh. Nepomucena Zois v. Edelstein. Layb. bey Eger 1780, in 4. Num ad Academiam Operosorum assumtus fuerit, me latet.

Fanton de Brunn (Jos. Ignat.) Labacens. AA. LL. et Phil. ac Medicinae Doctoris, Provinciae Carnioliae Veterinarii et Caesarei in Idria Physici primarii:

a) Dissertatio de Offactu. Vien. apud Andr. Mathiam Schmidt 1779, in 8. Emmo. Cardinali Archiepiscopo Viennensi e Comitibus de Migazi dedicata. *b)* Bugve od kug inu bolesen goveje shivine; Jehovaz inu svin popisane sa kmete. Opus Joan Wolsteinii in Carniolicum traductum. Lab. apud Ignat. Kleinmayr 1792, in 8. *c)* In correctiorem P. Marci Carniolicae Grammaticae editionem submisit Ms. „Carniolis, quae sint leges, ratioque loquendi, In lucem dederas pridem, Patriamque bearas Grammatica primus: quam nunc pro jure paterno Correxisti Auctor,

quamquam auctam mittis in orbem. Laudo Novum Patriae quod fers Novus ipse proboque Munus." Quod tamen Censor D. Scheel novam Grammaticae Carnioliae editionem adprobans, eidem Grammaticae in typo praefigere non admisit.

Fasciculus Josephinus, seu Manuale venerabilis Sodalitatis S. Josephi, Magnae Dei Matris Sponsi, magnique agonizantium Patroni, erectae a Venerabilib. Sacerdotibus, auctoritate et consensu Celsiss. ac Rdmi. S. R. J. Principis et Episcopi Labacensis DD. Josephi ex Illustriss. Comitibus de Rabbata etc. in Russulach, Ecclesia filiali B. V. Mariae sub Parochia S. Elisabeth in Lauffen. Lab. typ. Joh. Thaddaei Mayr 1683, in 8.

Felber (Joan. Bapt.) J. U. D. Provinciae Carnioliae Praetorialibus juratus Advocatus, inter Academicos Operosos Labacenses dictus Verendus, applausit:

In Epitomen Chronologicam antiquissimae Urbis Labacensis Dni. Thalberg Ode gratulatoria. Lab. formis J. G. Mayr, in 8. quae in eadem Epitome edita legi potest.

P. Felix a S. Anna, Labacensis, Augustinianus Discalceatus, in seculo vocatus Joannes Poeck, S. T. Lector et Concionator emeritus, bis Viennae, ter Labaci Prior et extraordinarius Romae LIXni Praepositi generalis Congregationis Excalceatorum Secretarius, vir egregie doctus, Religiosae observantiae tenax, in cultu S. Josephi promovendo mire fervidus, in studiis et laboribus importune sedulus. Academicus Operosus Labacensis et feliciter animam efflavit actualis ad S. Josephi Labaci Prior 11. Maji 1764. Per sequentia ingenii sui monumenta se posteris memorabilem fecit:

a) Geistliches Zügenglöcklein, das ist: Neuntägige Andacht zu Ehren des allgemeinen Schutzheiligen der ganzen Christenheit, des H. Josephs. Layb. beym Reichhard 1736, in 8. *b)* Trinum perfectum uno volumine comprehensum, id est VIII de Visione Dei, VIII De Ss. Trinitate, et IV de Praedestinatione quaestiones Theologicae explicatius deductae, atque Celsiss. ac Rdmo. Principi Felici e Comitibus a Schrottenbach, Episcopo Labacensi dedicatae. Lab. typ. Reichardianis 1737, in 4. *c)* Monumentum festivitatis gloriosae, sive applausus cordialis in XX Anglicis quaestionibus publice exhibitis, ac Rdmo. D. Jacobo Schilling, Episcopi Labacensis Vicario generali jubilaeam solumniter Missam celebranti dedicatus. Impressi Reichhard Lab. 1739, in Fol. *d)* Geistl. Wundenpflaster, das ist: Hilf, Trost und Erlösung aller Christgläubigen in jener Welt leidenden, und von der göttl. Hand schmerzlich verwundten armen Seelen im Fegfeuer. Ibid. 1738, in 8. *e)* Drey Predigen von der dreyeinigen Gottheit, durch 3 Tage hinter einander gehalten. Ibid. 1741, in Fol. *f)* Lob- und Ehren-Rede auf die HH. Cosmas und Damianus vor einem löbl. Collegio Medicorum gehalten. Ibid. 1742, in Fol. *g)* Trauerrede über den tödlichen Hintritt des Hochgebornen Hr. Hrn. Johann Caspar des H. R. R. Grafen v. Cobenzel etc. Ib. 1742, in Fol. *h)* Hochfeyerliches Begängniss des ersten Jahrhunderts von der Einführung der Augustiner Barfüsser in das hochlöbl. Erzherzogthum Krayn. Ibid. 1746, in Fol. *i)* Gottselige Gedächtniss der 15 heil. Geheimnisse in einem Lustgarten in der k. k. Hofkirche der PP. Augustiner Barfüsser in der heil. Fastenzeit, auf Unkösten des k. k. Hofes vorgestellt. Wien beym van Ghelen 1754, in Fol. *k)* —— in einer allerglückseligsten Schiffahrt vorgestellt, so unter erwünschtem Gnadensegel Gott in die Welt: den Menschen in dem Himmel eingeführt hat. Vien. apud van Ghelen 1756. *l)* — — — — in einem prophetischen Büchersaal vorgestellt. Ib. 1757, in Fol. *m)* — — — in der glücklichen Entsetzung der hart belagerten Stadt Bethulie vorgestellet. Ib. 1758, in Fol. *n)* — — — Jesus von Nazareth in der Person Samsons, des starken Nazaräers Gottes. Ib. 1759, in Fol. *o)* — — — in einer gesegneten Weinrebe, aus welcher die süsseste Frucht und Traube Jesus Christus hervorgesprossen. Ibid. 1760, in Fol. *p)* Dreyfach bekränztes Alter in einer Lobrede verfasset, P. Augustinus a S. Anselmo, Barfüsser Augustiner, nach zurückgelegten Jubeljahre seiner Ordensprofession, das andere seines Priesterthums beylegte. Ibid. 1759, in 4. *q)* Rath und That des heil. Johannes von Nepomuk in einer Lobrede vor einer hochlöbl. k. k. niederösterreich. Regierung vorgetragen. Apud van Ghelen 1761, in 4.

Ferber (Joan. Jac.) Natione Svevus, Mietaviae Professor, qui ipsus Idriae suas instituit observationes de Patria nostra bene meruit per evulgationem sui operis:

Beschreibung des Quecksilberbergwerks zu Idria in Mittelkrain. Berlin 1774, in 8. cum figuris aeneis.

Ferfilla (Mathias) Labacens. J. U. D. teste Valvas. in Chron. lib. VI. pag. 359:

Politicum quendam tractatum edidita. 1677, sine addito suo nomine Viennae, ubi A. 1680. Judicis Caesareo-Regiae Residentialis urbis officio fungebatur.

Feuerschaden-Assekuratzionsgesellschaft (Patriotische Gedanken über die Art und Weise eine schon längst erwünschte) im Erbherzogthum Krain zu errichten. Layb. bey Joh. Friedrich Eger 1776, in 4. maj. in operib. Agrariae Societatae Carnioliae.

P. Fidelis a Nativitate B. V. Mariae Carn. Idriensis, Augustinianus Discalceatus, antea Ignatius Scherovitz vocatus, vertit in carniolicum:

Opusculum Roberti Cardinalis Bellarmini de Ascensione mentis in Deum per scalas rerum creatarum absolutum A. 1780. Ms. in 8.

Firminus Episcopus Tergestinus ad An. 602, correspondentiam habuit cum S. Gregorio Magno Papa, cujus

Epistolae III ext. apud eumd. S. Grego. lib. X. et XI. Epist. 31, 36 et 38.

Fischer (Franc. Bernard.) Praenobilis Labacens. AA. LL. et Phil. Magister, ac S. T. Baccalaureus Formatus J. U. Licentiatus, quondam ad S. Martini Parochus, dein Canonicus, jam Parochus in Rieggers dioecesis Passa-

viensis, demum Pastor, Praepositusque in Zwetel Austriae sui memoriam per orbem conservat per opera a se scripta et evulgata videlicet:

a) Demonstratio mathematica, qua ostenditur, civitatem Budanam modico labore a Christianis e barbarica potestate recuperari posse. Lab. 1684, in 4. *b)* Novitiatus Sacerdotum. Pars I. *c)* Lignum vitae aqua viva irrigatum. Pars II. Vien. typ. Andr. Heyinger 1701, in 12. *d)* Insignis solemnitatis dies. Der herrliche Freuden-Fest-Tag in der Kaiserl. Hauptstadt Laybach, als 1766 den 22. Augusti seine Hochfürstl. Gnaden Hr. Hr. Loci Ordinarius in der neu erbauten Dom-Kirche der erste die heil. Mess solenniter abgesungen, in einer Rede vorgetragen. Layb. bei J. G. Mayr, in 4. *e)* Terra melle et lacte fluens, das ist: eine schuldige Lob-Rede von dem grossen wunder-Thätigen Burgundischen Apostel und hönigflüssenden Doctore, Claravalensischen Abbten Bernardo, welche an seinen Hochfeyerlichen Fest-Tage in dem Hoch-Löbl. und uralten Stifft Zwetel vorgetragen, sine anno et loco editionis in 4. *f)* Corona justitiae: oder der mit Himmels-Waffen triumphirende Röm. Kaiserl. Reichs-Adler, welchem eine Hoch-Löbliche Landschafft des Herzogthums Krayn in einem Dank-Müthig-Pflicht-Schuldigsten Te Deum laudamus bey deroselben gesammt Ehrerbietigster Einfindung wegen der leztmahlig-Sieghaften Eroberung der beeden nambhafften Vestungen in dem Landt Artesien, St. Venant. und Ayre — in der Dom-Kirche St. Nicolai der Kayserl. Haupt-Stadt Laybach den 11. Jenner 17[illegible] die schuldigste Kanzel-Redt. Layb. bey J. G. Mayr, in 4.

Flaccus, sive Vlachius (Mathias Frankovizh) vulgo Illyricus dictus eo, quod Alvoronae in Istria, non procul Pola 1520 natus sit. Absolutis studiis animum ad Franciscanos adjecit: sed P. Baldi Lupatini, Franciscanorum Provincialis, qui ipse sibi in Lutheri dogmatis complacuit, suasu, in Germaniam altiorum studiorum persequendorum causa abiit. Wittebergae Lutheri et Melanchthonis auditor fuit, ubi A. 1554. Magister creatus, ac mox Professor linguae Hebraicae, ac A. 1757. Jenae in neoerecta Universitate Professor publicus factus est. Non nego, eum ut nemo alius, plurimis dotibus et eximiae doctrinae laude ornatum virum fuisse: Sed ex concertatione cum Victorino Strigelio constat, eum quoque vehementem, facile ebulientem, contentiosum, scientia inflatum, novae et subtilis doctrinae amantem, atque suae sententiae mordicus tenacem fuisse, qua naturae suae indole id obtinuit, quod in postremis vitae suae diebus nullibi in Germania sibi securum pedem figere diu licuerit; ita se omnibus exosum reddidit. Etiam Francofordia abire compulsus fuisset, ni mors eum invisis omnium oculis rapuisset. Edidit plurimos et omnes vel aperte falsae, vel suspectae fidei libros, qui sunt: *a)* Missa latina, quae olim ante Romanam circa septingentesimum Dni. annum in usu fuit, juxta exemplar vetustissimum recusa, 1557. *b)* De electione Episcoporum, quod aeque ad plebem pertineat. Basileae 1566. *c)* Von Ankunft des Röm. Kaysertumss an die Teutschen. Qui liber saepe numero ab Auctoribus citatur. *d)* Von Herkunfft der sieben Churfürsten. *e)* Von der Wall der Prälaten. *f)* Ob Petrus zu Rom gewesen sey. Ursel. 1567. *g)* De mystica, sacramentalique, seu externa praesentia et manducatione Corporis et sanguinis Christi in sacra coena. 1574, in 8. *h)* De Ethnica Jesuitarum Doctrina et plurima alia Flacci opera contra Romano-Catholicos edidit Joan. Balthasar Ritter A. 1725. Francofordiae ad Moenum, quorum aliqua sequuntur. *i)* Argumenta in 60 Psalmos David. *k)* Versio Nili Thessalonicensis de potestate Papae. *l)* Clavis S. Scripturae. *m)* Catalogus testium veritatis, quem ex libris, quos furtim ex Bibliothecis variorum monasteriorum clepserat, compilavit. *n)* Centuria Magdeburgicae, in quibus conflandis plures coadjutores habuit. Ejus libri plerique vel Argentorati, vel Magdeburgi, ubi in typographaeis correctorem egerat, impressi et reimpressi fuerunt. Quosdam etiam postliminio ejus filius Mathias, Med. Doctor Rostochii edidit 1603, in 8.

Floriantschitsch de Grienfeld (Joan. Dismas) Parochus et Consistorialis Archidiaconatus Officii Sitticensis in inferiore Carniolia confecit:

Tabulam Chorographicam Ducatus Carnioliae jussu, sumptuque Inclytorum Provinciae Statuum geometrice exhibitam et aeri incisam per Abrahamum Kalkschmid. Lab. 1744, in 12. tabulis in Fol. max.

Floriantschitsch de Grienfeld (Joan. Stephan.) Carn. J. U. D. Inclyti Ducatus Carnioliae Advocatus et Supremo Provinciae Secretario Adjunctus, inter Academicos Operosos Labacens. dictus: Finnulus, cujus ingenii partus publici juris facti sunt:

a) Epigramma in Marci Gerbezii Intricatum Extricatum. Labac. 1692, in 8. *b)* Bos in lingua, seu discursus Academicus de pecuniis veteronovis. Lab. 1695, in 8. Votiva Paraenesis dum Illustriss. DD. Wolfgang Weichardus S. R. J. Comes, ac Dominus de Gallenberg etc. in Inclyti hujus Ducatus Carnioliae Locumtenentem et Praetorem feria II. Dncam. Laetare ingenti applausu et populi laetitia inaugurareτur. Lab. ex typographaeo Mayriano 1702, in 4.

Foedransperg (Ant. Foedermann Nobilis de) Carn. Besemdorfens. J. U. D. Consiliarius apud Magistratum C. Regiae Urbis Viennensis edidit:

a) Praktische Beobachtungen über die allgemeine Konkursordnung. Vien. apud Ghelen 1786, in 8. et sic successive Partes IV, quae An. 1794 simul recusae sunt Viennae in 8.

Fontanini (Justi) Episcopi Ancyrani: *a)* Historia litteraria Aquilejensis. *b)* Vita Philippi a Turre Adriae Episcopi, ext. in Turre de annis Heliogabali.

Forojuliense (Concilium) An. 791 sub Hadriano I. celebratum vid. Labb. tomo IX. pag. 32.

Fortunatianus, male ab aliis Fortunatus scribitur, Episcopus Aquilejensis, Afer, inter fuit A. 337 synodo

Sardicensi et S. Athanasium secum Aquilejam duxit; unde anno insequente Alexandrinae Ecclesiae restitutus fuit. Scripsit:

Breves, rustico sermone Comentarios in Evangelia, quae sibi Hieronymus mitti petiit. Lege Megiser Lib. IV. c. 4. Sophronius in graecum vertit: *Βράχυτατα ὑπομνήματα λόγω αγραικω.*

Francovich vid. supra Flaccus.

Frischlin (Nicodemi) Witebergens. Poëtae Laureati, Comitis Palatini Caesarei etc. Scholarum Labacensium Rectoris, Historiarum et Poëseos Professoris ordinarii et emeriti:

a) De lacu Circnitio ad Gasparum Godesch Circnitianum, carmen, quod Valvasor lib. VII. pag. 450. Chronic. inseruit. *b)* Panegyris de Nativitate Christi. *c)* De horologio argenteo. *d)* Paraphrasis in Virgilii Bucolica et Georgica. *e)* De X. Caesaribus Austriacis. Hic a. 1584. Labaco iterum ad Imperium recessit. *f)* De Laudibus Rusticorum, 1580. *g)* In Persii Satyras et Horatii epistolas. *h)* Libri Elegiarum. *i)* Orationes variae. *k)* De victoria Sarmatica adversus Moschum.

Fritz (P. Andr.) Goritiens. Soc. Jesu Goritiae, † 1789, de quo extant:

a) IV. Tragoediae et II. Dramata. Vien. 1757, in 8. *b)* Gramatica Latina Part. IV. *c)* Dissertationes in S. Scripturam. Ibid.

Froelich (P. Erasmi) e Soc. Jesu,

Genealogia Souneckorum, Comitum Cilejae et Comitum de Heunburg. Vien. 1753, in 4.

Furlani (And.) vid. supra Fabianitsch.

GAMMATHECA.

Scrinium VII. sub Littera G.

Gall (P. Joseph) Carn. e Soc. J. Phil. Doctor et in Universitate Graecensi ejusd. Professor emeritus, vid. Coppini sub Lit. C.

Gallenfels (P. P.) Carn. e Soc. J. Regius Aulae Lusitanicae Pater scripsit:

Epistolam, quae ext. in Stoecklein Weltbot Parte VIII. sub nro. 193.

Gallitschitsch (Franc.) Carn. Vippacens. et Wolfg. Posseviz Praenobilis Carn. Idriens. et Andr. Jerascha Sayracens. et Maximilianus Umforegg Praenobil. Labacens. ex convictu S. J. ac Joseph Trost Vippacens. et Eustach. Scheschig ex fano S. Barthol. ex Caesareo Ferdinandaeo alumnus, et Simon Laurin Vippacens. et Ant. Dolinar Zeyrens. ac Perillustris D. Joan. Berthold ab Hoefer S. R. J. Eques Carn. Obergaertschahens. A. A. L. L. et Phil. Magistri creati imprimi permiserunt:

Dissertationem Philosophicam de coelis et Planetis. Graecii 1745, in 12.

Garzarolli (Franc. Jos.) Provincialis Carnioliae, J. U. D. et Universitatis Viennensis Rectoris: Regia virtutum coronatio, in coronatione Josephi I. seu Principum Austriacorum virtutes. Vien. 1690, in Fol. quem Librum Leopoldo I. Imp. et Josepho I. a coronatione regia Augusta Vindelicor. Viennam redeuntibus obtulit.

Garzarolli (Joan. Bapt. de) Praenobil. Carnioliae Provincialis, Medic. Doctor scripsit:

De Catharrho. Utini, 1646, in 4.

Garzarolli (Joan. Joseph de) Praenobil. Carn. Senosezensis et Matth. Leskoviz Hyperlabacens. et Elias Ignat. Trost Vippacens. et Matthäus Martin. Terpin Hyperlabacens. AA. LL. et Phil. Laurea insigniti quando typis prodiit:

Philosophia moralis P. Joannis Senftleben e Soc. J. ad Politico Christianae conservandum. Graec. 1726, in 12.

Gaspari (P. G.) Goritiensis e Soc. J. edidit:

Storia, consequenze, avertimenti relativi all' antica publica Penitenza per maggiore conforma del sacro discorso nella Quaresima fatto l'anno 1786, in Gorizia per animare li Recidivi a penitenza. Viennae apud Ghelen 1787, in 8. quia Goritiae typus non admittebatur.

Gedanken (Heilige) einer Gott vollkommen liebenden Seele. Apud Eger 1774, in 8.

Genealogia, das ist: Aigentliche und wahrhaftige Geburts-Beschreibung und Erzelung des Adelichen uralten Geschlächtes deren von Rain im Land Krayn sesshaften Personen, so diesem wolernennten Geschlächt verwandt, aufs allerkürzeste in Rithmos verfasset. Durch Hansen Mannel. Gedruckt zu Laybach 1577. Jar. in 4.

Genealogia Auerspergiana vid. Auersperg sub Lit. A.

Genealogia Turriana Ms. in Fol. ext. in Biblioth. Auerspergiana Labaci.

Georgio (Joan. Carol. de) J. U. D. Protonotarius Caesareus et Apostolicus. Vicedominatus Labacensis Secretarius edidit:

III. Diversos tractatus politicos. Vien. 1666, tacito suo nomine, sed fidem interponente Valvasorio in lib. VI. Chronic. pag. 359.

Gerbez (Marcus) Carn. Sitticens. Med. Doct. et Physicus Labacens. ac Caesareo-Leopoldinae Academiae: Naturae Curiosorum Academicus, inter Academicos Operosos Labacenses dictus Intentus scripsit:

a) Intricatum extricatum medicum, seu Tractatus de morbis complicatis. Lab. 1692, in 8. *b)* Annus I. Chronologiae medicae, continens exactam anni 1697, temporum, aurae et humanorum corporum Labacensium alterationem, cum suis historiis, causis et medicinis. Lab. 1699, in 4. *c)* Annus II. continens annum 1698 etc. *d)* Annus III. seu constitutio anni 1699, philosophice, historice et medice considerata. Lab. 1702, in 4. *e)* Annus IV. prodiit Augustae Vindelicor. apud Daniel Walder 1705, in 4. *f)* Vindiciae Physico-Medicae aurae Labacensis, oder Verthädi-

gung der laybacherischen Luft etc. Layb. 1710, in 8. *g)* Chronologia medico-practica. Francofurti 1713, in 4. *h)* Observatio de Ovo Galli gallinacei semicircularis figurae ext. in Miscel. Naturae Curiosor. Dec. III. A. S. observat 138 et Cl. Syndencham Gerbezii scripta suis operibus insertu digna censuit.

Gerlach (Stephan.) Davidis L. B. de Ungnad Praedicautius: Zygomalae Secretario Aquilejensis Patriarchae Theodosii, qui suo Secretario a. 1550, litterarum comercium cum Tubinganis prohibuit, intime familiaris, per Styriam, Carinthiam et Carnioliam, Superintendens inter alia scripsit:

Tagebuch der von Röm. Kay. Maximiliano und Rudolpho den Andern, an die Ottomannische Pforte zu Constantinopel abgefertigten und durch Hr. David. von Ungnad zu Sonneck vollbrachten Gesandschaft, aus dem Gerlachischen Zeit seiner hierbey bedienten Hof-Prediger-Amt-Stelle eigenhändig aufgesetzten und nachgelassenen Schriften herfürgezogen durch seinen Enkel Mag. Samuel Gerbach. Frankfurt 1674, in Fol. maj.

Globotschnig (Caspari) Carn. Radmansdorfens. AA. LL. et Phil. Magistri:

a) Epistolae Poëticae ad totam Domum Austriacam, de ejus fortitudine bellica, pietate et aliis Augustiss. dotibus per illius temporis eventus. Vien. 1698, in 8. cum figuris aeneis. *b)* Phosphori Austriaci. Vien. 1699, in 8.

Gladich, lege Gladitsch (Georg Andr.) Fluminens. J. U. D. Cathetradilis Ecclesiae Labacensis Canonicus, inter Academicos Operosos Labacenses dictus Inermis, post obitum in Ms. reliquit:

Vetus et nova Carnioliae Ecclesiasticae memoria, seu Relatio historico-poëtica de memorabilibus Carnioliae in II. Part. divisa in 4. cum elegante icone aëri incisa a Julio Quaglia, celebri pictore inventa operi, quando lucem aspiceret, praefigenda. Orbis lucem non aspexit in typo; quia lux vitae citius Auctori operis jamjam perficiendi est extincta. In criticastros notabile distichon subtexuit.

Glavinich (Sebastiani) Istriani, circa an. 1690. Episcopi Segniae creati:

Deplua charitatum aurora, seu symbola in Leopoldum et Margaretham. Vien. 1666, in Fol.

Glavonich (P. Franc.) Dalmatae, Ordinis S. Francisci de observantia Provincialis emeriti:

d) Knyiga fitka fzeveteh, in 12. *b)* Manus Christi amoris. Venet. 1640, in 4. *c)* De origine et divisione Provinciae Bossnae, Croatiae; Ordinis S. Francisci Reformatorum et conventibus ejusd. *d)* Historia Tersactensis. *e)* Molitve, i Pismize na Svetkovinye et quaedam alia opuscula in lingua Dalmatina. Vid. Valvasor lib. VI. Chronic. pag. 352.

Glovar (Petr. Paul.) Presbyteri secularis, Parochi emeriti et Dominii in Landspreis Professoris, Societatis Agrariae in Carniolia Socii:

Abhandlung von den Ursachen des Brandes in dem Weitzen. Layb. 1775, in 8. ext. in Kundschaftblat ad diem 18. Febr. 1775.

Gollmayr (Georgii) Carni, alumni Episcopalis mox Capellani domestici et officii Episcopalis Labaci Notarii.

Sveta Masha inu Kershansku premishluvanje sa ufsak dan is S. Pisma, tudi druge nuzne molitve. Lab. per Joan. Frider. Eger 1783, in 12.

Gollob (Andr.) vid. Morautscher sub Lit. M.

Goppo (Ant.) Episcopi Tergestini a. 1487 defuncti. Statuta et Constitutiones synodales XLIV. de a. 1460 in Ms. ibid.

Gorjupp (Franc. Xav.) Carn. Parochus et Commissarius ad novam Ecclesiam prope Cilejam, Archiepiscopi Goritiensis Consistorialis edidit:

Zirkovnu lejtu, ali Evangelski navuki sa ufse Nedele, inu Prasnike zeliga lejta. Lab. typ. Egerianis 1769, in 8.

Gottscheer (Paul.) Canonicus Labacensis scripsit: Epistolam ad Chroen Episcopum suum, cujus fragmentum legere dat Valvasor Chronic. lib. VIII. pag. 667.

Gottseer (P. Martini) Carn. e Soc. J. AA. LL. et Phil. Doctoris, ejusque in Universitate Graecensi Professoris publici et ordinarii:

a) Philosophia Polemica secundum Aphorismos Aristotelis Stagiritae, cum annotationibus tum philosophicis, cum stagiriticis ex variis desumptis dedicata Excellentiss. et Illustriss. Dni. D. Francisci S. R. J. Comitis a Lamberg Haereditarii in Carniolia stabuli Caesarei Praefecti etc. Nobilissimae, amantissimaeque Proli. Graec. 1690, in 4. *b)* Philosophia universa D. Brunoni, ejusque venerabili Religioni Carthusianae dedicata sub auspiciis Rdmi. D. Joannis Baptistae, Prioris et Praelati in Sajz etc. Graec. 1690, in 12. *c)* Bene et male, secundum praecepta secundae tabulae, juxta id: Declina a malo et fac bonum, dedicavit Rdmo. D. Francisco Praeposito Canonicor. Regular. S. Augustini ad S. Florianum. Linc. typ. Caspari Freyschmid 1708, in 4. *d)* Vita Thomae Mori. Angliae Cancellarii. Graecii 1689, in 12. *e)* Sententiae et animadversiones Corn. Taciti, sapientissimi Senatoris Romani. Lincii typ. Raedelmayr 1687, in 12. cum figur.

Gradense (Concilium) an. 579, vid. Labb. T. VI. pag. 652, exinde memorabile, quod hocce tempore Sedes Patriarchalis Gradum translata fuerit. Acta hujus putantur conficta a Gradensibus, ut tali modo translationem probent canonicam; attamen sunt valde antiqua; quia eorum fragmenta exhibet Synodus Mantuana pro causa sanctae Ecclesiae Aquilejensis — an. 827 celebrata, in qua legitur subscriptus Episcopus Pedinensis.

Graffheiden (P. Franc.) Carni. Labac. e S. J. AA. LL. et Phil. Doct. Series Regum Italiae. Graecii 1732, in 12.

Grandi (Goritiensis) Presbyter, Concionator et p. t. Studiorum Director Goritiae sequentibus orbi inclamavit:

a) La causa del Purgatorio contra l'abusj d'interesse, e della falsa devozione. Venezia 1766. *b)* La independenza temporale del Impero dal Sacerdozio, dimonstratio in occasione della cancellatura nel Breviario del Fatto del Papa S. Gregorio settimo contra l'Imperadore Henrico quarto. Gorizia 1774.

Gregorius de Montelongo. Vid. sub Lit. M. Montelongo.

Greiffenberg Freiherrinn auf Seisenegg (Catharina Regina Frau von) hat ihr vortreffliches Talent gezeigt in dem Aufsatze:

Tugend — Schuldiger Ehren — Preiss auf des Herrn Valvasors (Titl.) Vortreffliche Beschreibung des Herzogthums Krayn. Nürenberg 1689, in Fol. quod Chronico Valvasorii praefixum est.

Grisellini (Franc.) Regiae Societatis Londinensis et Lugdunensis, nec non Agrariae Bernensis, Goritiensis et Labacensis Socius, scripsit:

a) Unterricht zum Hanfbau, so wie er von den Bolognesern und Ferraresern getrieben wird, ext. in prima collectione Agrariae in Carniolia Societatis ad an. 1773, in 4. maj. Lab. a pag. 93—116. *b)* Wettschrift, welche den 28. Christmonats 1772 mit dem Accessit beehrt worden, über die Frage: Ob und durch was für eine pragmatische Gesetzgebung in einem grossen Staate — der Gefahr des Abganges und der übermässigen Preissteigerung der zum täglichen Lebensunterhalt erforderlichen Körner am sichersten und standhaftesten vorgebeugt werden möge etc. Layb. in 4. maj. ubi et *c)* Tractatus de cultu et cura, v. g. vom Kohl-Lewat: von Seidenwürmern, Maulbeerbäumerpflege etc. ext. quae ego quidem semel occasionaliter vidi, sed commode annotare nequibam; erunt ergo ista per alium supplenda, cui innotuerint. *d)* Iconem quoque ad Agrariam alludentem, quam Giampicolo sculpsit, Griselini invenit, quae operibus Agrariae in Carniolia Societatis praefigitur.

Gruber (Tobiae) Styri e Societate Jesu suppressa Sacerdotis Caes. Regii Navigationis in Bannatu Temesvarino Directoris:

a) Briefe hydrographischen und physikalischen Inhalts aus Krain etc. Wien 1781, in 8. cum figuris. Auctor iter, quod ad arcana naturae in famoso lacu Lugeo, sive Circnicensi, ejusque vicinia scrutanda susceperat, enarrat. *b)* Anhang zu den Briefen hydraulischen etc. Wien 1784, ext. in physikalischen Arbeiten einträchtiger Freunde in Wien, gesammelt von Ignatz edeln von Born. *c)* Fortsetzung. Ebendas. 1785, in 4. maj.

Gussich,*) lege Guschitsch (P. Nicol.) e Provincialibus Carnioliae Soc. J. AA. LL. et Phil. Doctor, ejusque Professor emeritus. Tyrnaviae p. t. Senior edi curavit:

Suspiria coronatorum capitum a Rhetorica Tyrnaviensi problematice deducta. Tyrnaviae 1698, in 12.

Gussich (Sigefridus L. B. a) Carn. Preyssegensis, C. R. M. M. Consiliarius, Inclyti Ducatus Carnioliae Deputatorum Statuum Praesidens, nec non Academiae operosorum sub nomine: Resolutus Praeses, atque Agrariae in Carnioliae Societatis membrum, quando olim suas Theses ex universa Philosophia in aula Academica publice defenderat, easque Celsiss. at Rdmo. DD. Josepho S. R. J. Principi, sacri et antiquiss. Ordinis S. Benedicti celeberrimor. coenobiorum ad S. Galli et S. Joannis in Durthal Abbati amplissimo etc. dedicaverat, in praesentes distribuendum dedit librum, cujus titulus iste:

Summi Pontifices, quotquot a S. Benedicto I. usque ad Benedictum XIII. Pontifices Maximi in Romanam S. Petri Sedem exaltati sunt, compendio relati. Vien. apud Schwendimann 1728, in Fol. Effigiem vivam Celsiss. Principis Abbatis delineavit Labaci Daniel de Savoye: aëri vero insculperunt Andr. et Joseph Schmutzer Calcographi Universitatis Viennensis.

Gutsmann (P. Oswald) Carinthiae Vindus e suppressa Soc. J. Caesareo-Regius Missionarius in Carinthia et Celsiss. Episcopi Lavantini Consistorialis edidit in lingua Vindica:

a) Christianske Resnize skus Premishluvanje napreineshene, inu sa Pridige tudi narovnane suppresso nomine Clagenfurthi per Kleinmayeros haeredes 1770, in 8. Additae ad calcem hujus libelli Gramaticae Carnioliae P. Marci animadversiones criticae, non ad Carniolicam sed ad plebejam Carinthiaco-Vindicam linguam accommodatae. *b)* Windische Sprachlehre. Ibid. 1777, in 8. Multum et diligenter incubuit ad corruptam Vindicam linguam regulis subjiciendam; num vero expectioni satisfecerit, ipsi Vindi Eruditi, si non suae, saltem latinae linguae potentes Gramatici juxta fundatae Gramaticae regulas censeant!

Guttenfelder (Magister Lucas) seu more illius seculi Lucas de Gutenfelda in Carniolia, vulgo Dobrepole cognominatus, natus parentibus qui partim negotiatione, partim agricultura (de qua Cicero: quod ea nihil melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius) familiam suam honeste sustentabant, Magister, Doctor, ac Professor bonarum Artium in Universitate Viennensi, ejusque a. 1546 et iterum a. 1556. Rector Magnificus † Viennae, in cujus exequiis funebrem dixit Mag. Dionysius Thalhamer in Ecclesia S. Stephani VI. Kal. Augusti 1562. Ejus

Poëmata et Allocutiones pro variis occasionibus separatim editae jam pridem interiere, et, si non in Bibliotheca Universitatis, vix alibi reperies.

HETHTHECA.

Scrinium VIII. sub Littera H.

Habermanni (Joh.) Preces. Carn. Lab. 1579, ext. in Bibl. Reg. Hafn.

Hacquet (Balthas.) AA. LL. et Phil. ac Medic. Doctor, Caesareo-Regius Anatomiae, Chirurgiae et Obstetriciae Artis in Lyceo Labacensi publicus et ordinarius

*) Madjar, n. v Komitatu Arva 10. IV. 1659!

Professor, perpetuus Agrariae in Carniolia Societatis Secretarius, Academiarum: Naturae Curiosorum, Berolinensis naturam investigantium amicorum et Electoralis Moguntinae Scientiarum utilium membrum, nec non correspondens cum Academiis Bononiensi, Sabaudica, Camberina etc. Plurima erudita opera publici juris fecit. Mihi sequentia innotuerunt:

a) Index Fossilium Idriensium, qui Tomo III. der Beschäftigungen der berlinischen Gesellschaft naturforschender Freunde. Berolini 1771, in 8. pag. 56 et seqq. insertus reperitur. *b)* Beobachtung und Heilungsmethode einzelner Hornviehkrankheiten. Layb. 1776, ext. in operib. Agrariae Societ. in 4. maj. *c)* Oryctographia Carnioliae. Partib. IV. in 4. Lips. apud Breitkopf 1778. Recensetur in Biblioth. Goetingensi Vol. X. pag. 503. Pars II. prodiit 1781 et recensetur I. cit. Vol. XII. pag. 153. Pars III. prodiit 1784 et recensetur. Ibid. Vol. XIII. pag. 553. Pars IV. prodiit 1789. *d)* Schreiben an Hr. Ignatz von Born, über verschiedene auf einer Reise nach Semlin gesammelte Beobachtungen. *e)* Beobachtungen und Heilungsmethode einzelner Hornviehkrankheiten, welche durch Gifte aus den drey Reichen der Natur verursachet werden. Layb. I. cit. 1779, in 4. maj. *f)* Erste Beobachtung über einen beynahe jederzeit tödtlich gewordenen Durchfall bey Pferden zu Ende des 1778. Jahres. Ibid. *g)* Zweyte Beobachtung über eine epidemisch gewordene Krankheit der Pferde, welche zu Anfang dieses Jahres geherrschet, und unter dem Namen Kehlsucht bekannt ist. Ebend. 1779, in 4. maj. *h)* Plantae alpinae Carnioliae. Vien. 1782, in 4. cum figuris. Recensetur in Biblioth. Goetingensi Vol. XIV. pag. 17. *i)* Mineralisch-Botanische Lustreise von dem Berg Terglov in Krain zu dem Berg Glockner in Tyrol im Jahre 1779 und 1781, cujus editio altera auctior et nitidior figuris illustrata lucem aspexit Viennae 1784, in 8. et inserta den Schriften der Berlinischen Gesellschaft. Part. I. pag. 171 et 119. *k)* Physikalisch-politische Reisen durch die Dacischen und Sarmatischen oder Nördl. Karpathen. Nürnberg 1790, in 8. maj.

Haebling (P. Franc.) Austriac. Lincensis, e S. J. Concionator germanicus Labaci dixit et sub prelum misit:

Höchst vollkommener Schatten des allmögenden Gottes in den Lob-, Ehren- und Grossthaten Leopoldi I. der mildseligst. und glorwürdigsten Gedächtnuss Röm. Kaiserl. Majestät etc. als ihm bey einem vielfältig erleicht-höchst ansehnlichen Trauergerüste vor einer Hoch. Löbl. Laa in Crain das Hochwürdige Dom-Kapitel zu Laybach die schuldigste letzte Leichgedächtnuss abstattete den 10. Junii in St. Nicolai Dom-Kirchen in einer kurzen Trauer-Rede vorgestellt. Layb. bey J. Geörg Mayr 1705, in 4.

Hainzmann (Mich. Maximilian.) Vienens. Caesareo-Regii Aerarii Officialis Labaci cecinit:

Auf den Tod Marien Theresiens gesungen im Christmonate 1780. Layb. beym Eger in 8.

Hallerstein (P. Ant.) Carn. e Soc. J. AA. LL. et Phil. et Theologiae Doctor, ejusdemque in Moralibus Viennae Professor ordinarius, nec non Inclytae facultatis Philosophicae p. t. Decanus detulit:

Panegyricum D. Catharinae V. et M. quem peroravit in Ecclesia S. Stephani coram S. P. Q. Academico D. Joannes Nep. de Rohm. Typ. Franc. Andreae Kirchberger 1744, in Fol.

Hallerstein (P. Augustin) e Soc. J. Missionarius et Mandarinus in China, scripsit plures in Europam litteras, videlicet:

a) Epistolam ad P. Franc. Molindes Provincialem Austriacae Soc. J. Provinciae 1735, ext. in Stoeckleini Weltbot edit. Aug. Vindelicor. et Graec. 1728, in Fol. sub nro. 584. *b)* ad P. Weichardum Hallerstein ejusd. Societ. et Provinciae p. t. Regiae Celsitudinis Principis Caroli Lotharingi in Belgio Gubernantis Confessarium 1736. I. cit. sub nro. 585. *c)* ad eumdem Weichardum 1738. I. cit. sub nro. 586. *d)* ad eumdem 1739 sub nro. 587. *e)* ad eumd. 1740. Ibid. sub nro. 588. *f)* ad eumd. 1741 sub nro. 675. *g)* ad P. Joseph Ritter ejusd. Societ. et Provinciae Patrem, suae Majestatis actu regnantis Reginae Portugalliae Confessarium, Pekinga 1743. Ibid. sub nro. 681. *h)* ad P. Nicol. Giampriamo S. J. Provinciae Neapolit. Pekinga 1749, sub nro. 696 in Parte 35.

Hallerstein (Georg. Sigismund. L. B. ab) Carn. de Carsto, ob fluidam in versificando venam Carnioliae Ouvenus dictus sub prelum misit:

a) Opusculum Poëticum, Clagenfurti 1680, dedicatum Excellentiss. Praesidi, Rdmo. Abbati, caeterisque Illustriss. Inclyti Archiducatus Carinthiae Dnis., D. Deputatis, atque Proceribus. Quam dedicationem duobus sequentibus Distichis anagramatice reddidit.

Vilia demeriti ne spernite carmina Vatis,
Scitis, quod mihi vix competat esse labor.
Silis, si senies, si cura domestica cribrat:
Libri ductu prod-esse Thalia nequit

Offert humillimus
Georgius Sigismundus Liber
Baro ab Hallerstein

Hanc sui nominis subscriptionem iterum anagrammatice reddidit sequenti versu:

Grandibus egregiis hos ornat Musa libellos
Anno Domini
His tribus ex oris Carinthia Laude meretur.
HIs trIbV eX orIs CarInthIa LauDe MeretVr.

b) Opus alterum pariter Clagenfurti 1682, in 8. editum Provinciae Carnioliae est dedicatum:

Me Decet et Patriae reflexos texere Versus:
Me DeCet et PatrIae refLeXos teXere Versus.

Antiphonam Alma Redemptoris Mater etc. per Adventum in Ecclesia cantari solitam sequentibus versibus, in quibus eaedem et totidem litterae, quot in Antiphona continentur, anagrammatice redduntur:

Ne metuas, quamvis cursu pernice procella Nutat et irrugit spumosa navis in unda, Seque, Tuamque ratem placato sidere ducam; clarum lucis iter curres: cita prora volabit, Errorem pelegi retegam, miserabor egeni.

Euge! meos portus intra. Sum ripa salutis. Concludo hujus praeclari, acutique Poëtae et patriotae memoriam ipsiusmet Epigrammate:

Carsta mihi Patria, trux ubi durat equus.
Quid mirum, quod sim longo durabilis aevo?

Obdormivit Clagenfurti Provincialium Causarum Assessor annos natus 74, anno Dni. 1686. Dormiat in sancta quiete quo usque introierit aethra Laureatus.

DorMIat In sanCta qVIete, qVo VsqVe IntroIerIt aethra LaVreatVs.

Harmayr (P. Joan. Bapt.) Soc. J. in gymnasio Labacensi Poëseos Professor publicus composuit et imprimi curavit:

a) Hintritt Josephens Herzoginn von Bayern, zweiter Gemahlinn Joseph II. besungen. Layb. 1767, in 8. *b)* Joseph der zweyte besungen. Layb. 1773, in 8. *c)* Die Besitznehmung des österreichischen Antheils von Pohlen. Layb. 1773, in 8. beym Eger.

Hasl (P. Joseph.) Vindus e Comitatu Cilejensi S. J. Concionator carniolicus ad S. Jacobi Labaci edidit versionem suam:

Sveti Poſt. Lab. litteris Egerianis 1770, in 8. Est Quadragesima sancta P. Gabr. Hevenesi, tanti Auctoris dignum opus: ast dolialiter (ut ex mole libri, qui ipso originali altero tanto vastior prodiit, ad oculum patet) in vindicam potius, quam Carniolicam linguam (sive orthographiam, sive grammaticae leges, interpretationis periphrasticae modum spectes) sed his non obstantibus in bonum usum plebis versa: et dedicata R. D. Maximiliano Redeskini hujus editionis et carniolicarum in plebe litterarum Promotori praefervido.

Haselbauer (P. Georg.) Soc. J. ad S. Jacobi Labaci Concionator germanicus evulgavit:

Christliche Einsamkeit: oder Ueberlegung der ewigen Wahrheiten zum Heile der Menschen vorgetragen in den öffentlichen Uebungen des Geistes zu Laybach bei St. Jakob im Jahre 1769 und 1770. Layb. beym Eger 1771, in 8.

Haymann (Joh. Ant.) Carn. Adlerspergens. Med. Doctoris et Proto-Medici Labacensis Dissertatio de Aëre. Vien. 1758, in 8.

Hemma (Leben der Sel.). Layb. mit Egerischen Schriften, in 12.

F. Henricus a S. Petro Burgundus Augustinianus Discalceatus professione calcographus aëri indicit:

Vitam S. Nicolaï Tolentinatis, prout in ambitu conventus nostri Labacensis eleganti penicillo desumta, atque depicta cernitur; icones vero libello, Leben des H. Nicolaus von Tolentin. Gedruckt in der alten Stadt Prag bey Georgen Schiparz im 1646. Jahr, in 12. insertae reperiuntur.

Henricus de Staina, seu Lythopolitanus. J. U. D. Utini, scripsit seculo XIII. Res gestas Henrici XII. Reguli Bojorum quibus Aventinus in suis Annalibus Bojorum usus est.

Herberstein (Caroli e Comitib. ab) Dei et Apostolicae Sedis gratia exemtae Cathedralis Ecclesiae Labac. Episcopi, S. R. J. Principis, SS. CC. RR. et App. MM. Consiliarii actualis intimi etc. etc.:

a) Epistola Pastoralis ad Totum Clerum tam saecularem, quam Regularem ejusd. Ecclesiae Labacensis. Lab. typ. Egerianis 1773, in 8. *b)* Hirtenbrief an die Geistlichkeit und das Volk der laybachischen Diöces. Ibid. 1780, in 8. Haec pastoralis in Gallicum translata: Lettre pastorale de Msr. L' evêque de Labac. au Clerge, et aux fideles de son dioecese. A. Vienne 1781. Contra hanc epistolam prodiit liber: Hirtenbrief — von dem Bischofe zu Laybach mit unentbehrlichen Anmerkungen nach seinem ganzen Inhalte begleitet. Dem Engel der Kirche von La** schreib. Offenbar. Joh. III. 14. an. 1782, in 4. Et iterum: Noch etwas an den Bischof zu Laybach und seinen Concepisten in Betreff seines Hirtenbriefs, als ein höchst nothwendiger Beytrag zu den erst neulich erschienenen unentbehrlichen Anmerkungen. Dieses habe ich euch von denjenigen geschrieben, die euch verführen. I. Sendschreib. Joh. II. 29. Im Jahre 1782, in 4.

Herberstein (Sigism. L. B. ab) 29. Augusti 1486. Vippaci in interiore Carniolia natus, anno aet. 16. Philosophiae Laurea in Universitate Viennensi decoratus, mox per decennium Caesarea castra sequutus, et militares in Styria et Carniolia coactas copias contra Venetas in aciem est comitatus. Exinde meruit Eques a Caesare creari et torque aurea donari, atque ad consilia aulica admitti. Legationibus Caesareis 1516 in Polonia, et Moschovia: 1517, in Dania: 1518, in Helvetia perfunctus est A. 1519 nominatus, ut nomine ducatus Styriae et Carnioliae Carolo V. Imperialem coronam adgratularetur. A. 1523 iterum Moschoviam et 1541 ad Turcarum Imperatorem Legatus mittitur: et postquam IV. Austriacis Monarchis dexteritatem, fidemque suam probavisset a. 1566 fatis cessit vir toga, sagoque praefulgens et inter Eruditorum subselia se quoque clarum fecit per sua orbi relicta scripta:

a) De bello Poloni et Moschi, ext. in histor. Polonica Pistorii T. III. pag. 13. *b)* Descriptio Lithuaniae Ibid. T. I. pag. 151. *c)* Comentarii rerum Moschoviticarum ext. inter Auctores rerum Moschoviticarum, pag. 1. *d)* Defensio injuste delatorum, ad Henricum Loritum Glareanum (de Rain) Professorem Friburgi scripta et Viennae sine anno in 4. procusa; incusabant enim eum Poloni: *quod ille primus Czaro Regium titulum dederit et contra Polonos instigaverit; ille vero se contra hanc imposturam hoc libello defendit.* *e)* Colloquium *Sigismundi* ab Herberstein cum morte Vien. sine anno in 4. sed a Joanne Oppolitano versu heroico expressum. *f)* Die Wurzen, daraus Carl und Ferdinand, die Römisch. Kaiser und Khünig mit ihren

Khindern glucksäligelichen erwachsen. Wien in Fol. sine anno. Rarissima tabula genealogica Familiae Austriacae a Rudolpho I. usque ad Maximilianum II. liberos exhibens. *g)* Herbersteinische Relation von Maximiliani I. Hofrat, Tod und Leich-Disputen. Quam Illmus Senkenberg per Sammlung von ungedruckten und raren Schriften T. IV. edition. Francofurt. 1751, in 8. pag. 28. obliterationi eripuit. *h)* De raris naturae rebus in 4. teste Valvasorio libro VI. pag. 345 sui Chron. *i)* Della Moschovia, e Russia, ext. nelle navigazioni del Ramusio T. II. Parte II. pag. 137. *k)* Stemma genealogicum et historicum 1550 sine loci, et typographi expressione in 4. quod 1558 in 4. Viennae recusum et denuo 1560, in Fol. apud Raphaelem Hofhalter auctius editum hac inscriptione: Gratae posteritati Sigism. L. B. ab Herberstein, primarius Ducatus Carinthiae haereditarius Camerarius et Dapifer etc. immunitate, meritorum ergo donatus, rationes suas a puero ad annum usque 74 brevi commentariolo notatas reliquit. Ad calcem varia carmina in laudem Auctoris, ejusque vita per Petrum Paganum scripta, anexa sunt. Hicce liber saepius, diversis in locis, attamen a latino diversus, in germanica lingua cum tali titulo: Sigmund Freyherr zu Herberstein etc. den gegenwurtigen und nachkummenden Freyherrn zu Herberstein Seines thuns, Diensten und Raisenss mit trewer vermanung sich zu Tugenden und guten Wesen schiken, cum Principum ejus temporis in imaginibus ligno incisis, sine anno et in Fol. et in 4. procusus prodivit. *l)* Jovii Pauli und Siegmundi von Herwerstein Moskowitische Kronik. Frankf. 1576, mit Kupfern in Fol. *m)* Bottschafften, Dienst und Raisen unter K. Ferdinand I. von ihm selbst beschrieben. Wien 1561, in Fol. servatur in originali Ms. in Bibliotheca PP. Augustinianor. Discalceator. ad Fontes Marianos Austriae. *n)* Sigmund Freyherr zu Herberstein etc. dreyer Rom. Kaysern in Kriegen, an Höffen, in Räten und hie verzaichnenden Bottschafften gedient. Wien durch Michaël Zimmermann 1562, in 4. cum figuris. Quod opus mox in latinum versum typis in 4. prodiit 1562.

De praeciarissimo hoc, etiam post funera omnium ferme ore celebratissimo viro praeterea habentur II. Panegyres elegantes heroicae in Genethliacon Sigismundi L. B. in Herberstein etc. Viennae, in 4. a Joanne Oppolitano editae. Item Soteria Joannis Dantisci et alia aliorum variorum Poemata de ejus Legationibus. De Joanne Georgio ab Herberstein, Pragae 1548, inter militares exercitationes globo plumbeo fortuito trajecto habetur Carmen exegeticum a Matthaeo Callino scriptum et editum Vien. 1559, in 4.

Herrmann (Bened. Franc.) Professoris Technologiae Caesareo-Regiarum Societatum in Austria, Styria et Carniolia, nec non Academiae naturae Curiosorum membri Berolinensis:

a) Reisen durch Oesterreich, Steyermark, Kärnthen, Krain, Italien etc. in Briefen an den Hrn. Hofrath von S** in M. 1781, in 8. Wien cum figuris Bände II. *b)* Abriss der physikalischen Beschaffenheit der österreich. Staaten und des gegenwärtigen Zustandes der Landwirthschaft, Gewerben und Handlungen in denselben. Wien 1782, in 8.

Herrmann (P. Mich.) Carn. Rudolphiwerdens. Soc. J. Collegii Labacensis Rectoris:

a) Exercitationes pietatis pro studiosa juventute. Vien. in 12. editae, quando officio Regentis in Convictu Viennensi fungebatur. *b)* Officia S. Barbarae, S. Ignatii Loyola: S. Francisci Xaverii, B. Aloysii Gonzaga et B. Stanislai Kostka. Vien. in 12. laudatur a Valvasorio in Chron. lib. VI. pag. 357.

P. Hermannus Joseph a S. Hilario Viennensis Augustinianus Discalceatus, S. T. et Canonum Lector, Prior conventus Labaci, in Archiducali gymnasio Caesareo-Regius Altiorum Examinator juratus, celsiss. Principis et Episcopi Labacensis Leopoldi Theologus domesticus et consistorialis Assessor, in Ecclesia Domus Theutonicae Labaci Concionator quadragesimalis, Viennae universam Theologiam Tomisticam edidit in 4. et alia plura opera: Labaci evulgavit sequentia:

a) Praeambula ad universum jus Canonicum. Lab. typ. Reichhardinn vidae 1757, in 4. *b)* Quaestiones principaliores Polemico-Dogmatico-Theologicas de Scriptura sacra et traditionibus. Lab. typ. Eger 1766. Part. II. in 4. *c)* Quaestiones selectas scripturisticas excerptas ex IV. Evangelistis. Labaci primum, dein Venetiis 1775, in 8. sumptibus Michaëlis Bromberger, Bibliopolae Labacensis, procusas.

P. Hermannus Joseph a S. Michaële Austriacus, Augustinianus Discalceatus Labaci in conventu ad S. Josephi ad vias regias Supprior, Ss. canonum Lector et Concionator germanicus extraordinarius, postmodum Prior et Definitor Provinciae prelo submisit Labaci concionem intitulatam:

Nova orientis salus: oder Neus Heyl der Neun Welt, das ist: der H. Franciscus Xaverius, in einer Canzel-Rede verehret in der Kirche St. Jacobi Collegii Soc. Jesu in Laybach. Layb. bey J. G. Mayr 1711, in 4.

Hevenesi (P. Gabrielis) e Soc. J. libellus:

Calendarium Marianum e victoriis contra Gentiles, Turcas, Haereticos et alios injusti belli auctores, ope Ss. Dei genitricis obtentis. Recusum Labaci 1719, in 12. sicut et supra adducta. Quadragesima sancta, quam P. Hasl in slavicum idioma translulit.

S, Hieronymus, quem Stridon oppidum Dalmatiae in Panoniae superioris finibus situm genuit: Roma inclyta urbs erudivit: Bethlehem alma tenuit: spiritum Aulae coelestis suscepit, quae, quanta et quam praeclara scripserit, orbi universo nota sunt et celebrata.

Omnia ejus opera primum 1530. Lugduni et 1565. Romae, ac ab erroribus Erasmi purgata 1572 quibus Bellarminus, Labbeus autem Parisiis 1623, editis est usus: et iterum cum scholiis Mariani Victorii Roma in aedibus Populi Romani 1576, tomis IX. Voluminib. V. in Fol. pro-

dierunt. Quod Patriam nostram singulariter attingit, est: quod inter ejus epistolas in Parte III. epistolar. sub nro. 55 reperiatur. Epistola ad Virgines Emonenses. Et inventio litterarum, characterum inquam Glagoliticorum (aliis eos Gothicos, Longobardicos, barbaros etc. characteres vocare placuit) hisque characteribus scribendi ratio. Quod Alphabetum Bukvize communiter appelletatur. His caracteribus Rufinus Aquilejensis Originis versionem scripsit, quae in Bibliotheca Ambrosiana Mediolani in Ms. teste Calepino servatur, litteris jamjam admodum cariosis.

P. Hipolythus Neostadiens. Capucinus edi procuravit:

Thomasha Kempensaria etc. de imitatione libros in elegantiorem Carniolismum translatos. Lab. 1719, in 16.

Hirsch (Franc.) vid. Werneg sub Lit. W.

Hitra inu glatka Pot pruti Nebesam. Lab. 1767, in 12. Editio auctior prodiit Graecii 1783. Impensis Aloysii Raab, Bibliopegae Labac. quia censura Labacensis reimpressionem non admisit.

Hochenwart (P. Bernardin. e Dominis de) e S. J. AA. LL. et Phil. Doctor, ejus Labaci Professor publicus et concionator, dum ante ingressum Societatis Jesu universam Philosophiam Labaci publice defenderet, distribuendam dedit:

Dissertationem Muschenbroeckii de Magnete. Apud Reichard 1754, in 4.

Hochenwart (Carol. e Dnis. ab) scripsit:

Analecta tomis II. quae non vidi, sed laudata reperi in P. Mariani Austriae sacrae Parte IV. T. VII. pag. 373.

Hochenwart (Sigism. Ant. e Dominis et Comitibus ab) Dei et Apostolicae sedis gratia (ex Tergestino) Episcopus San-Hippolitanus, Vicarius Apostolicus Castrensis, Magnas indigena Hungariae, Francisci II. Imp. a teneris Informator etc. etc. de quo mihi constat.

Epistola universo seculari aeque ac regulari Clero dioeceseos ad S. Hippolytum Austriae data 25. Oct. 1794, in 4.

Hoffstaeter (P. Jacobi) Ord. Minor. strictioris observantiae S. Francisci S. T. ac Canonum Lectoris, Officii Episcopalis Consistorialis:

a) Liber IV. Decretalium Gregorii IX. seu Quaestiones de sponsalibus et matrimonio. Lab. 1711, in 8. *b)* Celebres controversiae Canonico-Theologicae super Rubricam 39. libri V. De cretalium, sive de Censuris Ecclesiasticis in communi et particulari dilucidatum. Lab. 1716, in 8.

P. Honorius Capucinus edidit:

Gespräch des Engels mit dem Menschen. Lab. apud Eger 1764, in tomis II. in 4.

Hortmon (Wolfg. Engelbert. Nobilis de) Labacensis vid. Zannutti sub Lit. Z.

Hozhevar (Valent.) Labacens. Presbyter secularis, S. T. D. dixit coram S. P. Q. Academico Universitatis Viennensis in Basilica S. Stephani Orationem, quae titulum praefert:

Columna ignis in nocte, in D. Joanne Apostolo et Evangelista, Inclytae Facultatis Teologicae Tutelari-pridie Nonas Maji-publica laudatione exhibita a. 1704. Vien. typ. Joan. Gregorii Schlegel, in 4.

Hrovathin (Tom.) vid. Coppini sub Lit. C.

JODTHECA.

Scrinium IX. sub Littera J.

Jansha (Ant.) Carniolus plebejus quidem attamen primus rei apiariae Viennae Professor publicus constitutus edi curavit:

a) Abhandlungen von Schwärmen der Bienen. Vien. 1771, in 8. Recensetur in Physicalis oeconomicae Bibliothecae Goettingen. Vol. III. pag. 408. *b)* Vollständige Lehren von der Bienenzucht. Vien. apud Ghelen 1775, in 8. In Bohemicam linguam translatum prodivit Pragae 1777, in 8.

Japel (Georg.) Carn. Kamnecens. Notarius Episcopalis officii, jam Director RR. DD. Curatorum ad S. Petri extra muros Labacenses, ac Decanus ruralis et Parochus in Jesheza, inter Academicos Operosos Labacenses dictus: Secretus, ejusd. Academiae Secretarius, tempore studiorum suorum humaniorum in Seminario Soc. J. ad Ss. Rogatianum et Donatianum Labaci educatus anno 1779. exeunte in publicam lucem produxit:

a) Ta velki Catekismus s' prashanjam inu odgovarami. Lab. typ. Eger, in 8. *b)* Sbrane Molitve is Nemshkega na Krajnsku prestavlene. Ib. 1786, in 12. *c)* Svetu Pismu noviga Testamenta, hoc est: Biblia novi Testamenti in Part. II. Ib. ab a. 178—486, in 8. min. Blasio Kumerdeyo et caeteris Adjutoribus collaborantibus. *d)* Veteris Testamenti ab an. 1791 continuantur Partes. Ib. in ead. form.

Jellentschitsch (Frideric.) Carn. Labacensis e S. J. vir ampli pectoris et solidae virtutis XI. annis in Cathedrali S. Stephani Viennae verba fecit; pestis et obsidionis tempore Concionator populum solatus est: semel, iterumque pilam tormentariam columnae, cui pulpitum adhaeret, e vicino muro impactam sub ipsa concione in laetum Auditoribus praesagium vertit. Statim a morte sua Matriti in Hispania cuidam Sacerdoti apparens, se coelo jam receptum scripto testatus est. Quinquenni puero (Peickhard.) praedixit, eum fore aliquando sua in Cathedra Successorem. † 1690 aet. 62. Hoc elogium legi potest in domo Curatorum ad S. Stephani vivae ejus effigiei inter alios Concionatores Cathedralis Ecclesiae positae subscriptum. Opera ejus dicta sunt:

a) Triumphus Rosarum Comitis Wolfg. a Rosenberg. Vien. 1656, in Fol. *b)* Firmamentum Regnorum. Funebris Ferdinand. III. Imp. 1657, in Fol. *c)* Lyrica de S. Ignatio 1657. *d)* Triumphus panegyricus de contrito serpente, sine labe conceptae Virgini Matri erectus 1658. *e)* Das starke Slavonische Weib, in sittlicher Gleichständigkeit

der Hoch- und Wohlgebornen Frauen Fr. Judith Eleonora Gräfinn von Tattenbach, gebornen Gräfin von Forgatsch gehalten zu Gonowitsch den 11. December 1662, Grätz, in 4. *f)* Neuntägige Andacht zu Ehren den H. Francisco Xaverio Indianischen Aposteln, 1662. *g)* Der Indianische Wundermann Franciscus Xaverius eine Lobrede, 1666. *h)* Ausgelöschtes Licht am Firmament der Wienerischen Kirchen, das ist: Wildericus von Wildendorf des H. R. R. Fürst und Bischof zu Wien 1680, in Fol.

Jellouscheg (Ant.) Carn. Hyperlabacens. Med. Doctoris et inferioris Carnioliae Physici:

Dissertatio de obesitate. Vien. apud Joan. Th. de Trattnern 1774, in 8.

Jenschiz (P. Sigism.) Carn. e S. J. AA. LL. et Phil. Doctoris, ejusdemque Professoris emeriti:

Quaestiones naturales de Brutis animantibus ex variis Philosophicis et Philologicis collectae. Vien. typ. Sim. Schmid, in 8. et Labaci a. 1716 dum D. Mathias Petaz Carn. Pernicens. universam Philosophiam publice defenderat, praesentibus distributae.

Jerascha (Andr.) vid. Gallitzhizh sub Lit. G.

Jeuniker (P. Ant.) Labacens. Ord. S. Francisci Reformatorum Concionator et Lector, et Guardianus fuit Coadjutor versionis Bibliorum Carniolicor. vid. superius Japel.

S. Ignatii Loyola Fundatoris Soc. Jesu:

Epistola ad Urbanum Textorem Principem et Episcopum Labacensem Ms. adhuc asservari: dicitur Oberburgi. Textor enim familiaris fuit P. Claudio Jajo, uni ex primis Sociis S. Ignatii. Necessitudinis Jaji erga ab Imp. Ferdinando, cujus Textor et Confessarius et Concionator aulicus extiterat, impetravit Textor, ut Viennae Universitas Jesuitis traderetur.

P. Ildephonsus a S. Laurentio Vienens. Augustinianus Discalceatus linguae sacrae et Ss. Canonum Professor, ac posthac Supprior conventus ad S. Josephi Labaci, in publico tentamine hebraica iconi hoc subimprimi fecit:

Beatae et gloriosae Virgini A.
Mariae
Sanctae Dei Genitrici et Reginae coeli
Mundique potentissimae
D. D. D.
Studium hebraicum
Labacense.
Ex Lege Moysis:
Genesis, Exodus, Numeri.
Ex Prophetis Prioribus: Josue.
Ex Prophetis Posterioribus: Jonas, Abdias.
Ex Hagiographis: Ruth, Moabitis.
Tergesti typis Joannis Thomae Trattner 1757.

P. Joanes Baptista a S. Cruce Carn. Capucinus Concinator Carniolicus ordinarius; ast minime ordinariae famae per Carnioliam et Vindo-Marchiam, Academicus Operosus dictus: Promptus, evulgavit suas conciones in V. Tomis:

a) Dominicale carniolicum. Partib. II. Lab. 1691, in 4. *b)* Festivale. Partib. II. Ibid. *c)* Pars III. Ibid. 1696. *d)* Adjecit Partem IV. an. 1700, in 4. *e)* Sacrum Promptuarium, seu sermones diversi occasionales. Parte V. ex typographaeo Mayriano 1708, in 4.

P. Joanis Caspari Carn. Capucini Coacademici operosi Labacensis, dicti: Directus,

a) Septimana sancta, seu meditationes asceticae Sacerdotum in hebdomadarium manipulum redacta. Accedit *b)* Directorium Confessariorum. Lab. 1697, in 8.

P. Joannes Damascenus a nomine Mariae Carn. Neoforens, Ant. Felix Deu cognominatus, Augustinianus Discalceatus, Philosophiae et Theologiae Lector Labaci, inter Academicos operosos Labacenses dictus: Utilis, Poësi vernaculae excolendae se dedicavit; morbis Podagrae, chiragrae, calculi et tabis miseriis afflictus, vires morborum versificando leviabat. † 7. Novembr. 1786. Labaci. Varia ejus Poëmata impressa sunt Labaci typis Egerianis in 8. maj. Ejus

Skupspravlanje Kraynskeh Pisaniz od lepeh umetnost *a)* Lubesn Joshefa Rimsk. Zesarja etc. 1779. *b)* Novu lejtu etc. 1780. *c)* Mile Pogovor med Savo in Dunavo od smerte Mar. Teresije, svitle zesarize etc. 1781. *d)* Composuit et alia pro annis 1782 et 83, quae inedita remanserunt et Mecaenatem alterum expectant. Ejus symbolum, seu Academicum Lemma fuit: Pungit et unguit Utilis.

Joannes de Carniolia Chiemensis, seu Chiemsensis primum, post Gurcensis Episcopus scripsit circa an. 1280:

Onus Ecclesiae, seu admiranda quaedam de S. Ecclesiae statibus et abusibus gravissimis et futuris calamitatibus, 1524. Landishuti: et 1531. Coloniae in Fol. ac 1620, in 4. procusum prodiit. Ita Joecher in Lexic. Eruditor.

Joannes de Udine celebris Pictor, Romae Giorgionis et Raphaëlis scholaris, in pingendis animalibus, plagis regionum, floribus, fructibus etc. praecellens habetur. Is primus erat, qui ex occasione, Romae ad palatium Titi Caesaris eruti operis Mosaici, non amplius in orbe cognitam artem imagines modo marmoreo conficiendi, speculando adinvenit et tentando restauravit † Romae 1564 et ad Magistrum suum Raphaëlem est tumulatus. Lege Vasari et Rudolphi, atque etiam: Vies des peintres opera.

Jodoci (des Heiligen), eines Sohnes des Königs in Britanien, des Augustinereinsiedler ordens Leben und Gutthaten auf seinem Berge ober Krainburg in Krayn. Layb. abermal gedruckt im Jahre 1760, in 8. Quando prima editio sit facta, me latet.

P. Irenaeus Capucinus Historiographus Tergestinus sub prelum misit:

Historia antica, e moderna di Trieste-Tergesti.

Irlich (Augustin) Carn. Lythopolitan. *Ord. Praemonstratensis*, Prior Canoniae in *Griffen*, dein Parochus suppresso nomine imprimi fecit:

Andächtige Beschreibung des Bergs Calvari zum heil. Kreuz genannt, ausser der Stadt Clagenfurt in Kärnthen. Layb. beym Eger 1773.

Isenhausen (Ant. Wolfg. ab) Praenob. Carn. Labacens. AA. LL. et Phil. Magister, ac Doctor cum Mathia Jos. Jenzen Crainburgensi suprema Theologiae laurea decoratus in praesentes distribui passus eo libellum:

Philosophus Peregrinus a perlustrato Microcosmo ad sui Creatoris Dei cognitionem manu ductus. Graec. 1707, in 12.

Istriensis (Pseudo-synodus) an. 591, quam vid. in Labbe Tomo VI. pag. 1324.

Jubilaeum (Veszhihern) tuje: Odpustek S. lejta. Lab. apud Eger, in 8. Ebendasselbe deutsch apud eumd. in 12.

Jugoviz (P. Antonius) Carn. Locopolitanus Vicarius Carthusiae in Valle jocosa prope Labacum submisit:

Analecta Freudenthalensia Ms. quae P. Marianus T. V. Austriae pag. 94, inseruit.

Jugoviz (Franc. Xaver.) Carn. Locopolitanus Med. Doctor, Practicus et Academicus Labacensis evulgavit:

Dissertationem Medicam de medicamentis Anthelminticis. Vindobonae 1770, in 8.

Julianus Canonicus Nonae, seu Enoniae vid. Passerinus sub Lit. P.

Julius von Tarent. Ein Trauerspiel in fünf Aufzügen, aufgeführt und gedruckt zu Laybach beym Eger 1780, in 8.

Jurizhizh (Mag. Georg.) Dalmatinus, Presbyter secularis, postmodum Evangelicorum Pastor in superiore Carniolia, Parochus ad S. Canciani, dictus vulgo Juri Kobila eo, quod feratur, Comitis ab Auersperg, apud quem informatorem egerat, equam pro mercede versionis Bibliorum Lutheri in slavicam linguam tulisse, ut vetus de eo cantilena traditionem confirmat; Jurichich tamen est verum ejus cognomen, prout sese subscripsit in editione novi testamenti cyrillicis litteris typis mandati. Joraj Jorizhizh. Ego defectu cyrillici alphabeti latinis litteris reddo:

a) Pervi dejl noviga Testamenta, v katom su usi zheteri Evangelisti. *b)* Drugi dejl Apostolska djanja. U' Tubingi 1563, in 4. In uno volumine utraque pars servatur in Bibliotheca conventus Vienensis Augustianor. Excalceator., prope aulam caesaream inter opera rariora. Dedicatur Presvetlomo, visokorojenimu Herzogu inu Gospodu G. Knesu Potrhena, in Vajvode v' Bavaryi, in Knesu v' Valdenzi. *c)* Pentateuchus, ali pet Moysesovih bugvi. Labaci litteris Manelianis 1578, in Fol. *d)* Biblia, to je: vse sveto Pismo, stariga inu Noviga Testamenta slovenski tolmazhena. Anno MDLXXXIIII. Wittembergae in Fol. cum plurimis figuris ligno eleganter incisis, quas excidebant haeredes Joannis Cratonis. Biblia haec ex tribus Ducatibus, Styriae, Carnioliae et Carinthiae deputati Theologi Evangelici, videlicet Jeremias Hamburgensis S. Scripturae Doctor et Superintendens Evangelicorum Graecii: M. Bernardus Steiner, Pastor Clagenfurthensis: Christophorus Spindler Pastor et Superintendens Evangelicorum Labaci: Adam Bohorizh, Joannes Schweigern et Felicianus Truper Labacenses Ministri verbi, Wittembergae curarunt; quia Labaci hoc volumen edi Carolus Archidux Austriae, Dux Styriae, Carinthiae et Carnioliae a. 1580, stricte prohibuerat. Editio in extera regione 8000 fl. absumserat, ad quam Ducatus Styriae 1000, Carinthia 900 fl. benevole contribuere; reliquos sumtus Status Carnioliae generose in se suscepere et transmisere. Gothae in Ducali Bibliotheca ext. ejus V. libri Moysis Carniolic. Lublini 1578.

KAPPJTHECA.

Scrinium X. sub Littera K.

Kalendaria, Directoria pro dioecesi Labacensi ab immemorabili, suppono tempore Labaci fuere impressa. Laybacher Schreib-Kalender in 4. et in 32. germanica primus coepit edere Joannes Heptner, Provinciae Carnioliae typographus, quae etiamnum pariter a Kleinmayrio a Josepho II. privilegiato typographaeo continuantur. Carniolica: Kraynska Prateka in 16. multo antiquiora sunt et certe ad Mayri, imo cum magna probabilitate ad Manlii, primi in Carniolia typographi referenda. Jam a. 1796. Carniolica ad formam germanicorum in 4. edi coepta sunt.

Kalzer (P. Ambros.) Labacens. Ordinis Eremitar. S. P. Augustini conventualium et plurimos annos magno zelo e fuggestu verbum Dei populo praedicando non vulgarem sibi peperit famam, dein Baccalaureus, ac conventus extra portam hospitalensem Labaci Prior factus, † 1754 posterorum memoriae consecrans:

a) Lob- und Ehren-Rede von dem H. Nicolaus von Tolentino. Layb. bey Adam Friedr. Reichhardt 1745, in 4. *b)* S. Nicolaus von Tolentino ein durch die Gnaden-Sonne hell beleuchteter Stern, in der Kirche deren PP. Augustiner zu Laybach vor dem Spital-Thor. Neuntägige Andacht zu demselben, bey Gelegenheit: als man einen Partikel des Blutes dieses Heiligen, so aus seinem in der Sarge abgeschnittenen Arm geflossen ist, zur Verehrung nach Laybach erhalten hat. Layb. bey Reichhardt 1745, in 8.

Kappus de Pichelstein (Aloys.) Labacens. Carnioliae Provincialis, J. U. D. et Provinciae Carnioliae Secretarii:

Disquisitio de Nullitate poenae extraordinariae in crimine pleno, non probato. Oeniponti typ. Joan. Th. de Trattnern 1778, in 8.

Kappus (Joan. Georg.) Labacensis exterioris Magistratus civitatis membri, ejusque p. t. Subcamerarii, posthac vero Consulis:

Panegyricus, das ist: Klägliche Dank-Rede eines Ehrsammen äussern Raths dieser Fürstl. Haupt-Stadt Laybach, über die zum Leyd bewegende Resignation des Edel Vesten Wohl weisen, und Fürsichtigen Herrn Johann

Baptista Dolnitscher etc. seines dreyjährigen löbl. geführten Ambts, so am Tage dess Apostels Jacobi dess 1670. Jahrs auf dem allhiesig bürgerl. Rath-Hauss ist öffentlich producirет und gehalten worden Ms. in 4. servatur in archivio curiae civitatis; quia Dolnitscherus contra typum protestatus est. Valvasor lib. VI. pag. 359, sed quare post ejus obitum non venit ad lucem.

Kappus (P. Marci Ant.) Carni e S. J. Missionarii et totius Missionis in Provincia Sonora Praepositi:

Epistola ad suum D. Fratrem Joan. Kappus, Carnioliae Provincialem, Matapa in America septentrionali missa, ext. in Stoecklein Weltboth Parte II. sub nro. 56. Augustae Vindelicor. in Fol. 1728.

Karchne (P. Simonis) Carni Vippacensis e S. J. AA. LL. et Phil. ac S. T. D. ejusque in Universitate Graecensi Professoris, Decani, ac demum Cancellarii magnifici, Academici Operosi:

a) Piissimi affectus in Deum hausti ex fontibus aeternitatis, ex S. Augustini Confessionibus sincere delecti. Graec. 1699, in 12. *b)* Dissertationes de Actibus humanis cum principiis Theologiae moralis et duplici indice. Aug. Vindelicor. et Graec. 1716, in 4. Dedicatae Rdmo. D. Jacobo Schilling, Canonico Labacensi, p. t. Academiae Operosorum Praesidi etc. *c)* Stylus curiae supremae, sive consilia divina humanae rationi proposita. Graecii 1707, in 12.

Karner a Karnburg (Joan. Jac.) geschworner Buchhalterischer Rait-Officier und Canzley-Ingrossist, Academicus Operosus in Laybach, hat verfertiget und zum Druck befördert:

a) Teutsch- und Crainerische Wehrungs-Veränderung etc. Layb. bey Jos. Thadd. Mayr 1687, in 8. oblongo. Editio emendatior ex eadem typographia prodiit 1701, in 8. ordinar. *b)* Drey treue Nationes, welche eine der andern wahrhaft andeutet: wie ihre Münzen in ihrem Landt gieb- und gehig sind. Layb. 1700, in 8.

Karpe (Franc. Samuelis) AA. LL. et Phil. Doctoris Caes. Regii primum in Universitate Olomucensi, jam in Viennensi ordinarii Logices, Metaphysices et Philosophiae moralis Professoris, nati Glajnicii in Parochia S. Petri extra muros Labacenses, intra quos humanioribus litteris in gymnasio S. J. vacavit, universam Philosophiam defendit publice et Viennam ad Juris collegium se contulit, affectu in Philosophiam semper servato:

a) Argumentum tentaminis ex Philosophia rationali in conspectu tabulari exhibitum. Olomucii 1776, in 8. *b)* Filum tentaminis ex Philosophia speculativa. Olomuc. 1776, in 8. *c)* Varia scripta Philosophica tenet in Ms.

Kautschitsch, alias Kauzhizd (P. Ant.) Carn. Idriens. e S. J. AA. LL. et Phil. ac S. T. D. sublata Societate Viennae in Curia Archiepiscopali Levita; posthac Rdmi. Episcopi Neostadiensis, exinde Sancthippolytani Cancellarius, jam heic Canonicus typis dedit:

a) Lobrede auf die heil. Erzbischöfe Cyrillus und Methodius. Wien bey Mathias Andr. Schmidt 1780, in 4. *b)* Lobrede auf den heil. Kilianus etc. Fränkische Natzionpredigt. Wien beym van Ghelen 1780, in 4.

Kazianer (Leop. Engelbert. Joh. Comes) a Kazenstein, cujus D. parens Joan. Herward. Praetor Carnioliae et Capitaneus Goritiae extiterat, imprimendum curavit:

Jus civile ad normam Institutionum accurata methodo concinnatum, ac in alma et Archiepiscopali Universitate Salisburgensi publicae discussioni subjectum. Salisb. 1685, in 8. vid. Valvasor Chron. lib. VI. pag. 366.

Kenzhnarich (Jac.) cujus meminit Valvasor in topographia Carnioliae T. IV. lib. 12. pag. 91. et P. Leop. Gruber Piarista lib. II. topograph. cap. 3. §. 2 de Scriptorib. topographicis carmine Slavonico decantavit:

Belli Turcici et obsidionis urbis fata, quem librum D. Paulo Ritter Equiti aurato, Populari suo dedicavit.

Khisel et **Kisel** (Georg. a) Comes in Gottschee, ut habet Valvasor in lib. XI, pag. 198 alias e Dynastarum Carnioliae et Baronum de Gonovitz Familia, cui haereditaria Venationum Carnioliae munia collata fuerant, typis evulgavit:

a) Herbardi Auersperg Baronis etc. rerum domi, militiaeque praeclare gestarum gloria praestantissimi vitam et mortem etc. Lab. ex officina Joannis Manlii 1575, in 4 vide sis Valvasor lib. VI. pag. 347 et lib. XV. pag. 494, Gloria et gesta Herbardi Baronis ab Auersperg Ms. in 8. ext. Labaci in Biblioth. Auerspergiana. *b)* Jesus Sirach, ali njegove bugvize (latinski Ecclesiasticus) sa vse shlaht ludij, suseb sa Kerszhanske hishne Ozhete inu Matere, v' slovenski Jesik stolmazhene Drukanu v' Lublani skus Joanesa Mandelza MDLXXV, in 8. pro lectione suorum domesticorum editus, probabilius primus, qui in Carniolia impressus lucem aspexit, libellus; ego saltem hac antiquiorem Labaci editionem non inveni.

Klementschitsch (Andreae) Carni Canonici Ecclesiae Cathedralis Labacensis et Academici Operosi: Cynosura Evangelica, seu 50 sermones in principaliora festa anni, quos latino edidit, sed Carniolico dixit idiomate. Lab. 1714, in 4.

Klobous (Blasius) Carn. J. U. D. edidit:

De Irregularitate ex capite Bigamiae. Vien. typ. Sonnleitneri 1782, in 8.

Knauer (P. Jacob.) Exjesuita in gymnasio Labacensi Rhetorices Professor, Academicus Operosus in germanicum vertit:

Cicerons Rede für den Titus Annius Milo. Lab. Litteris Egerianis 1773, in 8.

Knee (Josephi) Carn. Med. Doctoris, Physici primum Rudolphiwerdens., postea Idriens. jam Labacensis:

Dissertatio de Emmanagogis. Vien. 1765.

Kobavio (P. Andr.) Carni Cirknicens. e S. J. Mathematum Professoris:

a) Vindiciae Astronomicae theticae pro Dionysio Exiguo, contra eximios Chronographos de Aera vulgari Dionysiana. *b)* Vita B. Joannis Dei, Fundatoris FF. Misericordiae, omisso Auctoris nomine, teste Valvasor lib. VI. pag. 351.

Koppaunig (Joan. Paul.) vid. Tibaldi sub Lit. T. et Durn sub Lit. D.

Koppaunig (Clemens) vid. Schmutz sub Lit. S.

Koppini vid. Lit. C. Coppini.

Kraschovitz (Joan.) Carn. Iggens. Theologus II. anni, AA. LL. et Phil. Doctor Viennae creatus, quando prodiit:

Optica colorum. Vien. apud Kaliwoda 1744, in 8.

Krayl (Christoph.) vid. Rosmann sub Lit. R.

Kryger (Joan. Frideric.) Actualis Regii commercii Consiliarius, Regiae Suecorum Scientiarum Academiae Holmiensis et Agrariae in Carniolia Societatis membrum, scripsit:

a) Weltschrifft, welcher den 28. Christmonat 1772 der Preis zuerkannt worden — über die Preisfrage: Ob und durch was für eine pragmatische Gesetzgebung in einem grossen Staate, welcher an einander hängt, und fahrbare Strassen sowohl, als schiffreiche Flüsse hat der Gefahr des Abganges, und der übermässigen Preissteigerung der zum täglichen Lebensunterhalt erforderlichen Körner am sichersten und standhaftesten vorgebogen werden möge, dass damit der Ackerbau am lebhaftesten befördert und der billigste stette Mittelpreis erwirket werde; dann ob und wie die ebenfals an einem oder dem andern Theile des Staates anhangende See, in ein oder anderm Theile einen Einfluss haben möge. Lab. 1776, in 4. maj. inter opera Societatis. *b)* Von dem Verhältnisse der Menge des Geldes in einem Staate gegen die Menge der Menschen und Waaren. Ebend. 1779, in 4. maj.

Kumerdey (Blasius) Carn. Feldensis Caesareo-Reg. Commissionis Assessor et Scholae Normalis Labaci Director, Academicus operosus, exinde Cilejam missus, ubi Grammaticam slavicam edidit:

Krainerische Uibersetzung der für die Landschulen bestimmten Leseübungen: Vodenje etc. Lab. apud Eger 1778, in 8. *b)* Svetu Pismu noviga Testamenta etc. vide sis Japel sub Lit. J.

LAMBDJTHECA.

Scrinium XI. sub Littera L.

L. (J.) Ode an Se. Excellenz den Hochgebohrn. Grafen und Herrn Hr. Vincenz des heil. R. R. Grafen Ursin und Rosenberg etc. Landeshauptmann in dem Herzogthum Crain. Layb. bey Joh. Friedr. Eger, landschaftl. Buchdrucker 1773, in Fol.

Lackner (Laurentii) Carni Med. Doctoris:

Dissertatio de Phlebotomia Hippocratica. Vien. 1755, in 4.

Lamberg (Franc. Ant. et Josephi Prosperi e Comitibus a) de Sprinzenstein germanorum Fratrum juris Auditorum in publica defensione distributus liber:

Beatus civis ex aggregatione bonorum. Salisb. typ. Joseph. Mayr. 1727, in 4. maj. a. D. Francisco Joh. Herz, Jurium Doctore et Professore, expositus.

Lamberg (Jac. L. B. de) supremi Carnioliae Capitanei, Dni. in Stein et Guttenberg etc.:

Historia gentis Lambergianae Ms. quam collectaneis suis genealogicis 1592, confectis inseruit D. Mathias L. B. de Kainach. *b)* Memoriae autem commendavit Illustriss. Auctor: Antiquam Gentis suae traditionem, quam Agnato suo Josepho Lamberg itidem supremo Carnioliae Capitaneo sexagenario majori acceptam fert. Lambergios ante hac Ritterspergios dictos: cum autem unus ex eis altero pede laesus claudicaret, der Lahme vulgo nuncupari, ejusque familia extincto nomine Rittersperg coepit Lamberg cognominari.

Lamberg (Joannis Raymundi a): Privilegia Universitatis Patavinae 1646, in 4.

Lamberg (Joh. L. B. de) a. 1489 in Carniolia natus fuit, supremus Aulae Ferdinandi Romanorum Regis conthoralis Praefectus, posthac Ducatus Carnioliae Capitaneus, qui scripsit:

a) Vitae suae descriptionem, addita exhortatione ad suas soboles, in versibus germanicis, quam legere quisque potest in Valvasor lib. IX. pag. 46. † Labaci 1554. *b)* Merian in sua Topographia Carnioliae, pag. 129 meminit: Reise Joseph Lamberg und Niklas Jurischitz nach Constantinopel.

Lamberg (Sigismundus e Comitibus de) prim Principis Episcopi exemtae Cathedralis Ecclesiae Labacensis: Breviarium Ms. in pergamena nitide et pulcherrime scriptum in 4. servatur teste Valvasor in archivio Episcopali. Bullam auream fundationis Episcopalis et Principatus Labacensis adfert. P. Marianus in Austria sua sacra pag. 301.

Landesgerichts-Ordnung des Herzogthum Crain und der angeraihten Herrschaften Windischmarkt, Möttling, Isterreich und Karst. Lab. apud Joh. Thadd. Mayr 1685, in Fol.

Land-Schrannen-Ordnung des Herzogthum Crains, nach dem alten Exemplar ganz gleichförmig nachgedruckt. Lab. per Jos. Thadd. Mayr Laa Buchdrucker und Buchführer daselbst. Anno 1688, in Fol. Item reimpress. Labac. 1707, in Fol. Primam editionem necdum vidi, forte, ut sequente impressam Graecii.

Land-Hand-vest des löbl. Herzogtumb Crains, worin die Kayserl. Königl. und Landts-Fürstlichen Freyheiten, Statuta und Landts-Gebräuch, auch andere satz- und Ordnungen begriffen sind. Lab. 1687, in Fol. Reimpress. juxta editum originale Grätz bey Hansen Schmied 1598, in Fol.

Lasnig (Carol.) Labacens. AA. LL. et Phil. Doctor Viennae creatus, quando emanavit:

Historia Imperatorum Romano-Germanicorum methodice tradita. Vien. typ. Voigtinn Viduae 1732, in 8.

Laurentschitsch (Primus) Carn. Oberfeldens. et Ant. Franc. Obresa Cirknicens. alumnus Gyriens. et Math. Preschern Radmansdorfens. Baccalaurei formati, quando evulgata fuit:

Epitome Chronologica Scriptorum Ecclesiasticorum a Moyse usque ad an. 1000. Graec. 1732, in 8.

Laurin (Andr.) Carn. ex Archiepiscopali Goritiae Secretario et causarum Auditore Caesareo-Regius Parochus et Decanus ad S. Petri ad Goritiam scripsit:

Historicam relationem de Archiepiscopatu Goritiensi et ad eum pertinentibus, quae P. Marianus compendiose in suam Austriam sacram transtulit Partis II. Tomi IV. pag. 41.

Laurin (Paul.) vid. Morautscher sub Lit. M.

Laurin (Simon) vid. Gallitschitsch sub Lit. G.

Laurizh (Barthol.) Carn. Treffens. AA. LL. et Philosophiae Magister Graecii cum Ign. Novak creatus:

Laybachs-Jubelfest am 18. 19. und 20. Weinmonats 1789 über die von Sr. Excellenz dem Hn. Feldmarschall und Oberstenbefehlshaber der k. k. Armee, Landstand des Herzogthums Krain, Gideon Freyherr von Laudon, am 7. nämlichen Monats und Jahrs bewirkte Eroberung Belgrads. Lab. apud Ignat. Aloys. nobilem a Kleinmayr 1789, in 4.

Lazari (P. Antonii) Labacensis Ord. Minor. de Observantia, S. T. Lectoris generalis, Concionatoris et Provincialis emeriti, nec non officii Episcopalis Labaci Consistorialis:

a) Panegyricus sermo: S. Antonius Paduanus vitis vera. Lab. 1680, in 4. *b)* Sittliche Lehrreiche Evanche, in welcher, als die Hoch- und Wohlgebohrne Fräule Fräule Sidonia Dorothea Gräfin und Herrin von Gallenberg in dess löbl. von ihren Hochadelichen Voreltern gestüfffteten uralten Münkendorfischen Clarissen-Kloster Gottes-Hauss, den H. Ordens-Habit den 25. Februarii dises 1680. Jahres, höckst auferbaulich annahm. Lab. 1680, in 4. *c)* Hysteron, Proteron; oder hinter sich, für sich verstellte Menschen-Einbildung, Erkenntnissen und Begierlichkeiten: So als die Wol-Edle, Fräule Anna Catharina Waldreichen von Ehren-Porten in löbl. Laybacherische St. Clarae Gottes-Hauss, des H. Ordens-Habits den 19. Jannuarii 1681. Jahrs, bewürdiget und Maria Antonia benamet. Lab. 1681, in 4. *d)* Anicii Manlii Torquati Severini Boetii de Consolatione libros IV. imprimi fecit Lab. 1682, in 12. et tribus Illustriss. filiis Gregorii Sigismundi Comitis a Gallenberg dedicavit. *e)* Philopomena tetrateuchum Scotici acuminis acu phrygiatum, hoc est: Universae Philosophiae rationalis et naturalis, moralisque, atque transnaturalis corpus apharmacum Ms. quod pro prelo eum paratum habuisse testatur Valvasor lib. VI. pag. 365 neque audivi, nec arbitror, alicubi lucem aspexisse, quamvis ea aetate multo cum plausu fuisset susceptum.

Leber (P. Joannis) Labacensis e S. J. Humaniorum litterarum Labaci Magistri et posthac Graecii, et Viennae celebris Concionatoris atque Oratoris:

a) Panegyricus funebris in Exequiis Ducissae Lotharingae, conjugis Francisci Nicolai Ducis Viennae Austriae dictus, in templo Academico. Vien. 1652, in Fol. *b)* Luctus Sodalitatis, seu Panegyricus funebris nomine Sodalitatis B. Virginis Illustriss. Juveni Adamo Michaeli Comiti ab Althan dictus. Vien. 1648, in 4.

Lenaz (Jos. Gregorii) S. T. D. Canonici Ecclesiae Petinensis, Protonotarii Apostolici et Caesareo-Regii Theologiae Professoris publici et ordinarii in Academia Labacensi, nec non studia altiorum classium Dirigentis, Academici Operosi Labacensis:

a) Dissertatio de Fontibus Theologicis Proemialis in praelectiones Dogmatico-Theologicas. Lab. litteris Egerianis 1774, in 8. *b)* Dissertatio de Potestate Ecclesiastica et civili. Ib. 1778, in 8.

Leonardoni (Abbate D. Giovani) edidit: II. Supplimento alla Geographia antica del Friuli. In Udine 1778.

P. Leonardus de Udine Ord. S. Dominici ex nobili Matthaeorum genere docuit Bononiae 1435. Theologiam: et Florentiae coram Eugenio IV. peroravit, cujus opera sunt:

a) Sermones de Sanctis, saepius recusi. *b)* Sermones in Dncas et quaedam festa. *c)* Sermones Quadragesimales de Legibus animae fidelis, simplicis et devotae. *d)* Tractatus de sanguine Christi in triduo mortis effuso, an fuerit devinitati unitus. *e)* Tractatus ad locos communes Concionatorum. *f)* De inchoatione formarum, quae opera teste Joechero in Lexic. Eruditor. vel Ulmae, vel Norimbergae, vel Spirae, vel Lugduni etc. recusa reperiuntur.

Lewenberg (Joan. Jos. de Leo, L. B. a) Carnioliae Provincialis dum in alma et celeberrima Universitate Graecensi suprema AA. LL. et Phil. Laurea decoraretur, inter praessentes distribuendum dedit librum, cujus titulus sonat:

Debiti plausus et Applausus Honori suae nobilissimae et Illustriss. familiae, ac prosapiae. Graec. 1688, in 8. Promotore.

Lewenberg (P. Rudolpho) e S. J. AA. LL. et Phil. Doctore, ejusque Professore ordinario. Finita disputatione Eruditus, ac Perdoctus D. Defendens torque aurea publice ornatus est.

D. Petrus Richardus de Leo, L. B. a Lewenberg Dnus. in Naydorf et Raunach, olim S. C. M. inter. Austriae Excellentiss. Regiminis Consiliarius fuit Plenipotentiarius Gubernator Comitatus Gradiscae et Aquilejae. Ibid.

Lewenberg (P. Weichard.) e S. J. AA. LL. et Phil. ac S. T. D. Inclytae Facultatis Theologicae in Universitate Viennensi p. t. Decanus spectabilis detulit S. P. Q. Academico:

a) Orationem de S. Joanne Evangelista, quam declamavit R. ac Rel. D. Joseph Proeler Canonicus Regularis

ad S. Floriani supra Anasum Theologiae in II. annum Auditor. Vien. typ. M. Teres. Voigtin viduae 1732, in Fol. *b)* De Verbo incarnato. Ibid. 1731, in 4.

Lienhard et **Linhart** (Ant.) Carn. Radmansdorfens. Capitaneatus Circuli Labacensis Officialis, Scholarum Normalium Visitator, inter Academicos Operosos Labacenses dictus: Agilis, Labaci generosi et immutabili suae Religionis spiritu, nec quidquam in melius persuadentibus fratribus suis et fidis amicis, suam animam egit 1795. Publicis typis mandavit:

a) An den Hochwürdigsten, Hochgebohrnen Herrn Herrn Carl des Heil. Röm. Reichs Fürsten und Bischof zu Laybach aus dem gräfl. Hause von Herberstein etc. bey dem Antritte des Laybacherischen Bisthumes gesungene Ode. Lab. 1773, in 8. Exinde ad S. J. susceptus, qua citius sublata; ad eam non est admissus, sed posthac Secretarium egit. *b)* Blumen aus Crain für das Jahr 1781. Labaci apud Eger 1780, in 12. *c)* An Joseph nach dem Tode Marien Theresiens im Winter. Ibid. in 8. *d)* Miss Jeny Lowe, ein Trauerspiel in fünf Aufzügen. Augsburg bey Conrad Heinrich Stade 1780, in 8. *e)* Versuch einer Geschichte von Krain und der übrigen südlichen Slaven Oesterreichs. Pars I. cum mappa et 2 figuris. Lab. litteris Egerianis 1788, in 8. *f)* Pars II. Ibid. 1791. Recensetur in Bibliotheca Berolinae. 2. Stück 92. Bl. 1790.

Lienhardschitsch (Jos.) vid. Corednig sub Lit. C.

Locatelli (Joh. a) Nobilis, origine Itali, sed in Carniolia et Carinthia Provincialis, ac indigenae, Mechanices apprime studiosi.

Novum instrumentum adinventum, quod aratro appenditur, ut debite et in debita distantia atque profunditate grana seminentur, terraeque mandentur. Descriptionem hujus machinae in lingua germanica dedit an. 1690, in 4. vid. Raimanni introductionem ad historiam litterator. Germanorum.

Lubi (Ant. Michaelis) Presbyteri secularis Graecii Theologiae moralis primum Professoris publici, dein ad B. M. V. Auxiliatricem Graecii Parochi:

a) De fidejussoribus ordinis beneficio non gaudentibus. Vien. apud Gerold 1780, in 8. *b)* Theologia moralis in systema redacta. Graec. in 8. maj. tom. III.

Luckmann (Adam) vid. Moraulscher sub Lit. M.

Luisinus (Aloys) Utini natus, Med. Doctor edidit: *a)* Carmen de terrae motu a. 1750 ext. in Italia Ughelli tomo II. col. 598. *b)* Aphorismos Hippocratis hexametro carmine conscriptos. *c)* Libros III. de compescendis animi affectibus per moralem Philosophiam et medendi artem. *d)* Quaestiones de Balneis; quae in magno opere variorum Auctorum de Balneis Venet. 1553, in Fol. editio ext. *e)* Collectionem Scriptorum de morbo gallico, quae Leidae 1728, in Fol. recusa est, ad quam cl. Boerhaave praefatus est. Vid. Kestner. Medic. Lexic.

Luisinus (Franc.) Forojuliens. Poëta et Duci Parmensi a Secretis scripsit:

a) Parergon in auctores graecos; et latinos Libros X. ext. in Thesaur. critico Gruteri tom. III. pag. 427. *b)* Commentaria in Horatium de arte poëtica. Venet. apud Aldum 1554, in 4. *c)* Librum de compescendis animi affectibus, quem suo quondam informatori Lazio Buonamico dedicavit. *d)* Epistolas II. quae ext. in epistolis Bruti pag. 229 et 258.

Lukantschitsch (Franc. Ignatz.) ab Hartenfels Carn. Locopolitan. et Ant. de Cleva Nobilis Labacens. Presbyteri, AA. LL. et Phil. Doctores Viennae facti, quando prodiit:

Optica colorum. Vien. ex typograph. Kaliwodiana 1745, in 8.

Lusner (P. Josephi) Carn. e S. J. Viennae etiam post dissolutam S. J. humaniorum Classium Professoris emeriti:

Einleitung zur Rechenkunst zum Gebrauche der leybacherischen Schulen. Lab. typis Egerianis 1795, in 8.

Luzenthal (Carol. Jac. de) Nobilis a Gregershausen S. R. J. Eques et Carnioliae Provincialis Logices Viennae Auditor peroravit in Ecclesia S. Stephani coram Inclyta Natione Austriaca panegyrim, cujus titulus est:

Orbis Monarcha pius Leopoldus, fortitudine et constantia inclytus in Monarchia quinta gloriose triumphans. Vien. typ. J. G. Schlegel aAaDeMiCo SenatUi praesentatUs in Fol.

MJTHECA.

Scrinium XII. sub Littera M.

Macher (P. Joannis) Carn. e S. J. AA. LL. et Philosophiae Doctoris ejusque in Universitate Graecensi Professoris publici:

a) Augustus hymenaeus Belli, pacisque adoreis Austriaci Martis, Augustisque Imperatorum Conjugum virtutibus Coronatus in desponsatione Josephi I. cum Amalia ab Academicis Graecensibus celebratus. Graec. 1699 cum figuris, in 4. *b)* Sacra naturae prodigia Inclyti Ducatus Styriae, oratorio calamo celebrata. Graec. 1700, in Fol. cum fig. Agit de sacris Styriae locis, quae singularibus naturae prodigiis ortum habent. *c)* Graecium Styriae Metropolis topographice descriptum. Graec. 1706, in Fol. cum figuris aëri inscriptis.

Machiusi (Ant.) e Comitatu Goritiensi Protonotarius Apostolicus typis mandavit:

Conspectum Jurisprudentiae naturalis. Vien. 1777, in 8. maj. Illmo: et Excellentiss. D. D. Philippo Comiti et Domino ab Edling. S. C. R. et Apost. MM. Consiliario actuali intimo, aureae clavis Camerario, nec non Teresianae, ac Emanuelis Sabaudicae Academiarum Vien. Directori dicatus.

Mader (Joannis Melchior.) apud L. B. post modum Principem ab Eggenberg stabuli Magistri:

a) Equestria, sive de arte bene equitandi. Liber I. de Hippica, id est: prima Equestria. Consideratio Equi. *b)* Liber II. Pars Equestriae. Consideratio Equitis. Segoduni excudit Simon Halbmayer an. 1621, in 4. Dedicata Carnioliae Juventutis Principibus Joanni Ant. L. B. ab Eggenberg: Georg, Bernardo ab Ursinpeck. Wolffg. Engelberto ab Auersperg et Joanni Udalrico ab Ernau.

Majer (P. Joan. Gabrielis) e S. J. AA. LL. et Phil. Doctoris et in Academico gymnasio Labaci Philosophiae Professoris ordinarii:

Musa, quae magnifico, atque immortali operi Illustriss. ac Generosiss. L. B. a Valvasor assurgere voluit. Lab. 1688, in 4. et Valvasorii Chronico promissa legitur.

Makoviz (Ant.) Carn. Landstrassens. Anatomices, Chirurgiae et Obstetriciae artis Magister, Chirurgus urbis Labacensis, Academicus Operosus edidit:

Prashanje inu odgovori zhes Ushegarstou po nauk-skeh bugvah Rafaela Joan. *Steideleja* od vshegarstva. Flumini apud Hradezky 1782, in 8. et dedicavit Illmo D. Sigisfrido L. B. de Gussich. C. R. Ap. Maj. Consiliario, Officialium Provinciae Carnioliae Praesidenti, Academiae Operosorum Labacensium actuali Praesidi.

Mani (P. Joannis) e S. J. opusculum:

De aeternitate, in carniolicum versum vid. Srezhna vezhnost sub Lit. S.

Manini (Camillus) scripsit de bello Forojuliensi. vid. Aylini sub Lit. A.

Manini (Octavianus) Utinensi † 1573 et reliquit latina carmina:

a) De victoria contra Turcas. *b)* Paraeneticon ad Principes. *c)* Hymnos. *d)* Epistolam ad Equites Melitenses. *e)* Preces pro Equitibus Divi Joannis obsessis a Turcis, quae allegat Joecher in Lex. Eruditor.

Manzoli (Nicolai) Tergestini:

Descritione della Provincia del Istria. in Venetia 1611, in 8.

Marcovizh (Wolf.) Provinciae Carnioliae Scriba scripsit: Meynung von Austrücknen des Morasts um Laybach in Crain. Lab. 1680, in 4. et legitur in Chronic. Valvasor. Lib. XI. pag. 675.

Marchesius (Marcellus) ex S. Caroli Borromaei disciplina prodiit, sed parum ex ea S. Viri indole hausit. Cum sua dicacitate, qua magnam pecuniarum summam corrogaverat, ad Episcopatum aliquem, cujus ingens eum cupiditas occupaverat, nihilo minus se promovere neutiquam laboraret, ad Rudolphum Imperatorem abiit: cui cum suis se artibus insinuasset praestantissimum librum:

De turcis bello superandis, delendisque a se italice scriptum, artis, Doctrinae, prudentiaque plenissimum dedicavit, per Imperatoris commendationem Segniae Episcopatum obtinuit, atque a tribus summis Viris Cardinale a Dietrichstein, a Sedis Apostolicae Nuntio et ab Archiepiscopo Pragensi se passus est in Episcopum consecrari; sed cum Segniam, ad suam Sedem occupandam pergeret, in Turcarum manus incidit et ut se captum redimeret, debuit illud totum argentum et aurum evomere, quod ex felici sponsionum eventu acceptum devoraverat. Tanta pecunia eversus, Romam se recepit, ubi Episcopalem dignitatem, prout pauperis Episcopi opes ferebant, sustentabat: demum lethali defluente ad pulmones pituita tabe consumtus obiit.

S. Marcus Evangelista Aquilejae Evangelium praedicavit, illudque ex graeco in latinum transtulit Aquilejae eo loci in rupe, ad maris litus, ubi etiamnum sacra aedicula rei memoriam servat. Venetae glorientur, se.

Evangelium S. Marci Ms. possidere, quod autem Montfaucon cum caeteris cunctis sicut et Liturgiam, seu Missas S. Marci: item vitam S. Barnabae quoque, quam quidam S. Marco adjudicant, suspecta habet.

Marcus Exercitator dictus, ad maris litus prope Aquilejam Eremita, ad quem jam centenarium se ivisse, ejusque libros legisse testantur Palladius et Photius.

Scripta ejus, caute tamen (quia probabilius ab haereticis depravata sunt) legi possunt tomo V. Biblioth. pag. 1085.

P. Marcus a S. Ant. Paduano, seculari cognomine Pochlin vocatus, Labaci natus, ubi in Seminario S. J. ad Ss. Rogatianum et Domitianum humanioribus litteris vacavit: Augustinianus Discalceatus factus, Viennae in conventu aulico universam Theologiam absolvit: mox Concionator Labaci ad vias regias constitutus, abinde a. 1775 ad officium Magistri Clericorum studentium Ordinis Viennam avocatus: 1781 Supprior conventus Labacensis electus, sed a. 1784. Secretarii Provincialis et a. 1791 Superioris Viennae, jam 1794. Magistri Novitiatus ad Fontes Marianos fungi coepit. Praeter praesentem:

a) Bibliothecam Carnioliae evulgavit. *b)* Abecedika. Lab. 1765, in 8. *c)* Molitvene bukuvze. Ibid. 1767, in 32. saepe saepius et Graecii, et 1792 octava editione Viennae recusus precum libellus. *d)* Kraynska Grammatika. Lab. 1768, in 8. quam secunda editione emendatiorem reddidit. Ibid. 1783 impressam. Verlegt Lorenz Bernbacher, bürgl. Buchbinder unter der Trantsche. Adjumentum Poëseos Carniolicae mansit in Ms. editum Vien. apud Trattner 1798, in 8. *e)* Limbar med ternjam, seu devotio ad S. Aloysium cum vita S. Joannis a S. Facundo. Vien. apud Kaliwoda 1768, in 12. *f)* Ta male Katekismus Petra Kanisiusa, addita in fine vita Ss. Hermagorae et Fortunati. Vien. apud Kaliwoda 1768, in 12. *g)* Marianske Kempensar. Lab. 1769, in 12. *h)* S. misl sa mertve moliti. Ib. 1769, in 12. *i)* Popisuvanje shivlenja S. Floriana, Ss. Jannesa inu Paula, S. Donata inu S. Emigdiga. Ib. 1769, in 12. *k)* Dyjanje lepeh zhednost. Ib. 1771. in 12. *l)* Sveti postni Evangelyumi. Ib. 1771, in 8. *m)* Pet Ss. Petkov, mesza Sushza, additur vita S. Isidori agricolae et B. Nothburgae ancillae. Ib. 1774, in 12. *n)* Usakdane kruh, tuje te male molitvene bukuvze. Ib. 1777, in 32. *o)* Vertit in carniolicum kaiserl. Patent von der Militär-beschreibung und Meldzetteln. Lab. 1771, in Fol. *p)* Bukuvze sa rajtenge. Ib. 1781, in 8. *q)* Mathia Schönberga oppravk tega zhloveka. Ib. 1781, in 8. *r)* Tu malu bese-

dishe, sive parvum Dictionarium trilingue. Ib. 1782, in 4. *s*) Jannesa Nepomuc. Tschupicka Pridege na Nedele zhes lejtu. Vien. typ. Christiani Grosser 1785, in 8. *t*) Bild und Wahrheit, das ist: Vorstellung der heil. Messe, ein Gebethbuch. Apud eumd. 1785, in 32. cum iconibus ligno incisis. Crobat vertit in carniolicum. *u*) Kmetam sa potrebo inu pomozh. Viennae apud eumd. 1789, in 8. *v*) Glossarium Slavicum. Ibid. 1792, in 4. *w*) Patroni menstrui-praeprimis pro Ordine S. P. Augustini, cum ejusd. regula pro Fratribus et Sororibus germanica. Ib. 1793, in 12. *x*) Uganke. Ibid. 1788, in 12.

Habet et praeter ista plura in Mss. typum et typi sumtus offerentem expectantia. *a*) Te od perte ali odklenene dure, 1768 seu Janua linguae Carniolicae. *b*) Psalmov Davidoveh Bugve k' usehzhihernemu shpoganju. *c*) Kraynska Kroneka kratkega popisuvanja use shlaht spomina urednch rezhy, katire so se kadej na slavenski semli — pergodile, quod in germanicum versum Kalendario per annos inferi coeptum: Kurzgefasste chronologische Beschreibung denkwürdigster Begebenheiten, wie immer das hochlöbl. Herzogthum Krayn betreffend. *d*) Dictionarium magnum latino-germanico-Carniolicum a litteris ABC. compactum in 4. usque ad alphabeti Aaa, expost. cessavit ulterius scribere eo, quod desperavit unquam eum Maeaenatem acquisiturum qui tam vasti, sed perfecti operis edendi suppetias ferat. *e*) Chronicon Ordinis Augustiniani ab an. 355 usque ad moderna tempora in 4. compactum Partib. II. *f*) Interpretatio carniolica Auctorum Graecorum pro exercitatione scholae graecae Labaci. *f*) Memoria Academiae Operosorum Labacensium a. 1781 die 5. Martii renovata. *g*) S. Avr. Avgushtina Enchiridion, sa eno skushno koku se puste nauki visokeh shol po Kraynsku dapovedati, v lejtu 1781 na Kraynske jesik prestavlen. *h*) Encyclopedia scientiarum et artium tradendarum et addiscendarum. Systema Systematum. *i*) Petnajst pergajnajozheh arrezhy, ali premislekov: sakaj se more Katholshka Vira usem sedanem viram naprejulezhi, versio germanica. *k*) Compendiaria commemoratio ortus, progressusque conventus Augustinianorum Discalceatorum ad S. Josephi Labaci ad vias regias, ejusque Virorum illustrium etc. Ms. et reperitur in Vol. II. Protocolli ejusd. conventus transscripta, cujus extractum allegat P. Marianus in suae Austriae sacrae T. V. *l*) Svetega Pisma starega Testamenta perve Moysesove Bugve is reslaganjam S. Texta. Viennae 27. Aprilis 1778 a. Censura Viennensi: Imprimatur meruit; Labaci tamen necdum licuit prelo subjicere. Contemplatus sum aj. cum Eccl. 44 omnes labores hominum et industrias animadversi patere invidiae proximi: sicut et illo se solatur:

Promeritis male tractarunt Agamemnona Graji.

Marianische Weg durch 12 Stationen, oder Kirchfahrts-Saulen — von der Pfarr-Kirchen S. Petri zu der wunderthätigen Mutter — Gottes Maria in Feld. Lab. apud S. G. Mayr 1713, in 8.

P. Marianus a Ss. Salvatore Vienens. Augustinianus Excalceat. linguae graecae Professor in suae Austriae sacrae 1782, in 8. Parte II. Tomo IV. a pag. 40—107 et Parte III. tomo V. a capite usque ad pag. 196 et pag. 407 —481 per quam accurate scripsit de Hierarchia Ecclesiastica et Monasteriologia Patriae nostrae.

Marcovich quaere supra Marcovizh.

Martinuzi (Joh.) Labacens. dum sub R. P. Joanne Barbolano AA. LL. et Phil. Doctore, ejusdemque Professore emerito Labaci universam Philosophiam defenderet, praesentibus offerendum dedit librum:

R. P. Honorati Fabri S. J. Euphiander, seu vir ingeniosus. Lab. 1732, in 8. reimpressum.

Maurisperg (P. Ant.) e S. J. Collegii Labacensis p. t. Ministri,

Homagium S. Joanni Nepomuceno loquenti et tacenti, pro servato Sacramenti arcano Proto-Martyri, multo praeconio ab eloquentia praestitum, in Caesarea Cathedrali Basilica Labacensi XIV. Kalendas Decembris 1730 cum Academia supplicato e templo S. J. ad eamdem Cathedralem educeretur. Lab. typ. Joan. Georgii Mayr 1730, in Fol.

Maxentius, Aquilejensis Patriarcha, scripsit: Epistolam de Sacramento Baptismatis, ritibusque, ac ceremoniis, quibus in Ecclesia Catholica conficitur circa a. 813 et ita inscribitur: Maxentii, Patriarchae Aquilejensis, epistola ad Carolum Magnum Imp. de significatu Rituum et ceremoniarum Baptismi, cui ad eumd. Augustum dedicatio praemittitur. Eam vulgavit cl. Bernard. Pezius tom. II. Thesaur. Anectodor. ex codice S. Emerami, fere coaevo.

Mayr (P. Joan. Bapt.) e S. J. AA. LL. et Phil. Doctoris, ejusdemque in Academico Gymnasio Labacensi Professoris emeriti, Academici operosi:

a) Gloria Ss. Ordinis, id est: Summi Pontifices Benedictini etc. vid. Gussich sub Lit. G. *b*) Idea Sapientis Theo-Politica, Oeconomica, summaria methodo comprehensa. Vien. typ. Mar. Teresiae Voigtin 1728, in 8. cum figuris et symbolis.

Meditationes sacrae ad veram poenitentiam, ac pietatem excitandam. Additur Exercitium pietatis quotidianum quadripartitum. Lab. 1684, in 8.

Megiserus (Hieron.) Labaci, Clagenfurti et in aliis interioris Austriae civitatibus aliquamdiu commoratus, † Lincii 1616:

a) Chronica des löbl. Herzogthum Kärnten. Lipsiae apud Lamberg 1612, in Fol. *b*) Dictionarium quatuor linguarum, videlicet: Germanicae, Illyricae, Latinae et Italicae. Graecii Styriae a Joanne Fabro impress. 1592, in 8. Dein opera et studio A. Rdorum. PP. Soc. J. Collegii Clagenfurthensis correctum et auctum, atque reimpressum Clagenfurti typ. Kleinmayrianis 1744, in 8.

Mensis sanctus Sacerdotalis pro usu D. D. Consodalium Sacerdotum, sub Auspiciis J. M. J. et protectione S. Michaelis Archangeli Monspurgi in superiore Carniolia congregatorum. Graec. in 32.

Menzinger (Valent.) excellens pictor, civis Labacensis pinxit plurimas imagines, quae in Carniolia per Ecclesias, praecipue Religiosorum conspiciuntur, laudanturque ab arte peritis: sed ab Imp. Josepho II. sublatis monasteriis imperitis venditoribus, ac emptoribus sub hasta: quid vultis dare? longe infra pretium infimum vaenum ierunt. Habuit is forte et durabile penicillum, quod opus, quo antiquius, eo praestantius reddidit.

Merian (Matthaei) Civis et Bibliopolae Francoford. ad Moenum.

Topographia Provinciarum Austriacarum Carnioliae etc. Francofurti 1649, in Fol.

S. Metudius vid. Cyrillus scrinio III. sub Lit. C. Habetur liber ab Auctore utique ita cognominatus: Methodius, qui continet leges Slavorum et plura, quae Svatopulcus Rex instituit, ut habet Diocleas Presbyter c. 13 et alii ex eo. Perperam Latini scribunt Methodius a methodo: cum a Slavis vocatus fuerit: Strahota, quod est metus; forte ex eo, quod horrende extremum judicii diem Regi depinxerit.

P. Michaelis a S. Catharina, natione Styri, Augustiniani Discalceati, viri non tantum scientia Theologica et SS. Patrum lectione, sed et in Ascesi venerandissimi.

Trinum perfectum, quod p. t. incolatus sui potissimum in sacro otio Labaci conscriptum Augustae tandem Vindelicor. a. 1711, in Fol. lucem aspexit: ejus vero *b)* Emporium Christianum Tomis II. in 4. Ms. in corio albo compactum habetur in Bibliotheca conventus Labac. In I. Tomo tractat de via purgativa 23 Eruditiones, nempe: de peccato mortali, veniali, superbia, vana gloria etc. In II. de via illuminativa 20 Eruditiones: de virt. patientiae de Tentatione etc.

Michelitsch (Joan.) Carn. Kroppensis Parochus in Radzhah cecinit:

a) **Mila** pesm, Katero je on k' hvali teh Pregovorov pejl. ext. in collectione elegantiorum Carniol. litterarum, seu skus pravlanje etc. Labac. typ. Eger. 1779, in 8. maj. *b)* Kraynski Pregovori (Adagia Carniolica) Ms. in 4. justi voluminis, servat apud se, quae si in ordinem, seu systema redacta evulgaret, Carniolicae litteraturae non modicum praestaret beneficium.

Mikez (Mich.) S. T. D. et exemtae Cathedralis Ecclesiae Labacensis Canonicus rudi plebi inservire desiderans imprimi curavit:

Ta mali Catechismus, ali Kershzhanski Navuk. Aug. Vindelicor. 1615, cum figuris ligno incisis.

Mislei (Joannis) Carni Vippacens. Med. Doctoris campestris.

Dissertatio de fructibus horreis. Vien. 1772, in 8.

Mislei (Josephi) Vippacens. Med. Doctoris et in universali infirmorum domo Viennae valetudinarii Medici.

Kurzgefaste Methode, alle Arten von scheinbartodten wieder zu beleben, um der allergrausamsten Mordthat, Lebendige in das Grab zu legen, vorzubeugen. Vien. 1790, in 8.

Mislei (Lucae) Carnioli Med. Doctoris.

Dissertatio inauguralis de Marasmo senili. Vien. 1757, in 4.

Missale Aquilejense vid. Aquilejense scrinio I. sub Lit. A.

Modesti (Valent. de) J. U. D. Provincialis Carnioliae, Caesareo-Regii Carnioliae primum, jam Styriae, seu *Interioris Austriae Gubernii Consiliarii.*

Fernere Anmerkung über den Beweis des Hr. Franz Xav. Gmeiners: dass die Ordensgelübde jener Orden, die der Landsfürst in seinen Staaten nicht mehr dulden will, ohne vorhergehender Dispensatzion ihre Verbindlichkeit verlieren. Klagenfurt 1782, in 8.

Moisesso (Faustinus) ex Comitatu Goritiensi scripsit librum inscriptum:

Historia dell' ultima guerra in Friule. Libri II. Venet. apud Barezzum Barezzi in 4. cum mappa.

Moll (Franc.) vid. Rosmann sub Lit. R.

Monaldi Episcopus Justinopolitanus (alii eum Episcopum Beneventanum in Dalmatia et nonne idem? dicunt) seculo XIV. scripsit:

a) Sumam Juris Canonici auream, seu Monaldianam, quae prodiit Lugduni 1516, in 8. *b)* Tractatum de casibus conscientiae. *c)* Quaestiones in IV. Libros sententiarum. *d)* Sermones varios. Joecher in Lexic. Eruditor.

Montegnana (P. Ferdin. de) Labacens. (aliis Cilejensis) S. J. Labaci humaniora, Rhetoricam, Theologiam et Ss. Canones docuit, ac 75 aet. suae anno 1674 † scripsit:

a) Annales Societatis Jesu Ms. *b)* Dixit Orationem funebrem in exequiis Ferdinandi II. Imp. in Cathedrali Ecclesia S. Nicolai Labaci, quae typ. prodiit Graec. 1637, in 4. *c)* Tractatum de Quadratura circuli, sine nomine et loco editionis 1637. *d)* Et quaedam alia opuscula teste Valvasor in Chronic. lib. VI. pag. 353.

Montelongo (Gregor. de) Campanus Innocentii IV. Papae Notarius, Sedisque Apostolicae Legatus, jam Patriarcha Aquilejensis.

Statuta Ecclesiae Aquilejensis meliorem in formam redegit et in uno volumine edidit, hoc titulo: Statutorum Aquilejensis Ecclesiae liber, incipit ab an. MCCLIV die 27. exeuntis Maji anno V. Patriarchatus ejus.

Montovani (Dominici) Artigleria. Ms. ext. in Bibliotheca Auerspergiana Labaci.

Morautscher (Franc.) Carn. Kleindorfens. et Ignat. Novack Carn. Rudolphiwerdens. e Caesareo Ferdinandaeo alumnus et Xav. de Rastern Labacens. ex convictu S. J. ac Albericus Raditsch Cisterciensis de Sittitio et Nicol. Coroschiz Crainburgens. et Paul. Laurin Vippacens. ex convictu S. J. et Joan. Vidmayr Madipediens. et Joan. Bapt. Nahodez Crainburgens. ac Adam Luckmann ex S. Ruperti fano et Andr. Gollob, Loco-

politan. ex Ferdinandaeo alumnus, AA. LL. et Phil. Magistri creati, dum typis prodiit:

Generalis temporum notitia ab orbe condito usque ad an. Chri. MDCCXVI. Graec. 1736, in 12.

Morelli (Caroli) a Schoenfeld Patricii Goritiensis, Caesareo-Regii Consiliarii actualis apud Capitaneatum Goritiensem et Gradiscanum:

Del Saggio storico della Contea di Gorizia dall' anno 1500 all' anno 1600. Parti II. In Gorizia 1773 dalla stamparia del Ces. Reg. Governo, in 4. *b)* Versio germanica Historischer Versuch über die Grafschaft Görz, der Kaiserinn Königinn M. Theresia zugeeignet. Wien 1775, in 4.

Morelli (Petrus Ant.) de Schoenfeld Goritiens. Cathedralis Ecclesiae Segniensis Canonicus dixit Viennae ad S. Stephani Orationem:

Theologia quadripartita, unico in verbo a Divo Joanne ante Portam latinam, dilecto discipulo, Apostolo, Doctore et Martyre comprehensa. Vien. typ. Ign. Dominici Voigt. 1729, in Fol.

Moscovitarum (Rerum) brevis relatio Ms. ext. in Bibliotheca Auerspergiana Labaci.

Mucha (J. J. M. Wolfgangi) Carni Caesareae tormentariae militiae Succenturionis:

Anleitung zur mineralogischen Kenntniss des Quecksilberbergwerks zu Hydria im Herzogthume Krain. Wien 1780, in 8.

Mungersdorff (Petrus) Calcographus quasdam tabulas ichnographice in Chronico Valvasorii expresserat Wagenspergae.

Musnig (Ant.) Protomedicus Comitatus Goritiensis et Gradiscani evulgavit:

Goritiense clima. Goritiae 1781, in 4.

Mutius et **Muzio** (Hieron.) J. U. D. Capo d'Istria, unde et Justinopolitanus dictus, oriundus, Romae Philosophiam moralem docuit et a. 1564. † scripsitque:

a) Responsionum et Quaestionum libros IV. *b)* Il duello con le riposte Cavalleresche. Farri Venetiis 1566, in 8. Libri III. *c)* Il Cavalliero, seu de officiis viri nobilis. *d)* Monita moralia. Romae typ. Ant. Blado 1569, in 4. *e)* Istoria de fatti di Friderigo di Montefeltro, Duca di Urbino. Venet. per Grotium 1605, in 4. *f)* La Faustina. Venet. per Valvasori 1560, in 8. *g)* Lettere Cattoliche. Venet. apud eumd. 1571, in 4. *h)* Malizie Bettine. Venet. apud. eumd. 1571, in 4. *i)* Battaglie per difesa dell' Italica lingua etc. Venet. per Dussinelli 1582, in 8. *k)* Lettere II. al Fidete, ext. nella nuova scelta di lettere lib. II. pag. 243, 341. *l)* Lettera ad Antonia Spica, ext. nella risposta di lui a Brandimarte Parisiano. *m)* Sonetti XLII. ext. nelle Rime scelte dal Dolce Tom. II. pag. 355. *n)* Discorso sopra le orazioni della Messa, vid. Spatari Pelegrino. *o)* Historiam sacram cum Epitome doctrinae Evangelicae priscorum Doctorum et Romanorum Pontificum. *p)* Animadversiones in Petrarcham. *q)* De Romana Ecclesia ext. in Roccaberti Biblioth. Tom. XIII. pag. 216. *r)* Le mentite Ochiniane. Venet. il Giolito 1551, in 8. *s)* Il Gentiluomo. Venet. Valvasori 1575, in 4.

NJTHECA.

Scrinium XIII. sub Littera N.

Nahodez (Joan. Bapt.) vid. Morautscher sub Lit. M.

Naglitsch (Martin.) Carn. Locopolitanus e S. J. Poëseos Magister Labaci, Academicus Operosus, scripsit suppresso nomine:

a) Brief an die Verleger des krainer. Wörterbuchs ext. in Laybacher Kundschaftblate 1776 den 22. Brachmonats, in 8. *b)* Nezhemernost tega svejta legitur in collectione elegantior. litterar. Carn. ad an. 1781, in 8. *c)* Coadjuvit versionem Biblior. Novi Testam. vid. Japel sub Lit. J.

Naldinus (Paul.) Paduae natus, studiis praeclare excultus, Augustinianus et Magister Theologiae factus, dein Episcopus Capodistriae creatus, demum a. 1713. † Reliquit:

Ecclesiasticam topographiam dioecesis Justinopolitanae, cui vero se plures opposuere. Joecher in Lexic. Eruditor.

Nani (P. Joannes a S. Facundo) Fluminens. S. T. Baccalaureus, Philosophiae et S. T. Lector Labaci, Prior Fluminensis et exinde usque ad mortem suam Monialium Ordinis S. Benedicti ibidem Confessarius † 1751, typis mandavit:

a) Orationem panegyricam: de portis mortis bina exaltatio S. Joannis omnes laudationes Christi annuntiantis in portis filiae Sion. Psal. 9, 15. deferente P. Mag. Hyacintho Maristoni Augustiniano p. t. Facultatis Theologicae Decano. Vien. typ. Wolfg. Schwendimann 1720, in Fol. *b)* Memoriae Ordinis Eremitar. Magni P. Augustini, ab idiomate italico in latinum translatae et sub Auspiciis Dni. Augustini Codelli de Fahnenfeld in lucem editae, dum Labaci Theses de Sacramentis publice propugnarentur 1734 in Ecclesia ad B. V. annuntiatam. Lab. typ. Adami Frider. Reichard, in 4.

Nicaeas Episcopus Aquilejensis seculo V. a juventute S. Hieronymo familiaris, ejusque itinerum individuus comes scripsit:

a) IV. Libros Instructionum competentibus Baptismum. *b)* Libellum ad Virginem lapsam, qui in operibus S. Hieron. ext. sub titulo: Objurgatio ad Susanam lapsam: sicut et in operibus S. Ambrosii, nomine: Tractatus ad Virginem lapsam.

Nicolaus (Joannis) Regis Bohemiae filius Caroli IV. Imp. naturalis Frater, Patriarcha Aquilejensis celebravit a. 1357 dioecesanam synodum:

a) Encyclicas litteras Nicolai Patriarchae exhibet P. de Rubeis T. I. c. 94. pag. 921. Monument. Aquilejens. sicut et *b)* Constitutiones latas in hac synodo celebrata in Ecclesia S. Felicis die 19. Junii 1357. Ibid. pag. 922.

Nicolleti (P. Paul.) Utinens. propter diuturnum incolatum autem Venetiis actum: Paulus Venetus dictus, Eremita Augustinianus an. 1412. Generalis Ordinis factus est. Docuit Parisiis, Sienae, Bononiae, Paduae, Perugiae Theologiam et 1429. † Patavii, ubi suum Epitaphium habet. Opera ejus partim Ms. partim prelo submissa, sunt:

a) Summa de naturalibus, seu Summa Philosophiae naturalis. Venet. 1476 per Joan. de Colonia, in Fol. *b)* Libri II. super libros posteriorum. Venet. 1477 et alibi saepius recusi. *c)* Libri II. super libros de generatione et corruptione. Venet. 1498, in 12. *d)* Super librum de anima. Papiae 1483. *e)* Liber de Compositione mundi, qui Astronomiae janua nuncupari potest. Parisiis 1513 typ. Thomae Kees. *f)* Logica magna. Venet. 1499. *g)* Quadrata circuli. Venet. 1493, in Fol. *h)* Logica parva, sive Summulae. Mediolani per Christoph. Walddarrfer, in 4. *i)* Sophismata. Parisiis per Joan. Barbier 1514. *k)* Contra Judaeos. *l)* Sermones de Tempore. *m)* Sermones de Sanctis. *n)* Sermones Quadragesimales. *o)* De Conceptione Virginis. *p)* De Incarnatione Dei. *q)* De excellentia Verbi Dei. *r)* Libri IV. super Magistrum sententiarum. *s)* Libri VIII. super libros Physicorum. *t)* Super Metaphysicam Libri XII. *u)* Super universalia Porphyrii et artem veterem Aristotelis. *v)* Super Praedicamenta. *w)* Super consequentias Strodi. *x)* Explicatio Dantis Aligerii Poëtae Florentini. *y)* De gustabili. *z)* Libri II. de dubiis circa Philosophiam. Liber cartaceus Ms. servatur in Bibliotheca Regia Parisiis. *A)* De futuris contingentibus. *B)* De notitia Dei. *C)* De condendo Christiano testamento liber. *D)* Liber de progressu Ordinis S. Augustini.

Nimitsch (P. Baltas.) Silesita e Soc. J. Ferdinandi II. Imp. Concionator aulicus dixit:

Orationem funebrem in funere Sidoniae Mariae Conradi L. B. a Thonhausen filiae amantissimae, conthoralis Joannis Udalrici Principis ab Eggenberg Capitanei Carnioliae in lingua germanica, quam hactenus non vidi, laudatam tamen reperi in Joecheri Lexic. Eruditor. ea propter ejus memoriam recolere intermittere non potui.

Nogarolla (Franc. Xav.) Carnus J. U. Doctor typis mandavit:

De repressalium justitia. Vien. apud Gerold 1780, in 8.

Noltingen (Joan.) Canonicus civitatis Austriae (Cividal) in Forojulio, Goritiensis Archidiaconus Tulmini et Delegatus Archiepiscopalis scripsit:

Informationem historicam Archidiaconatus Tulmini in Archidioecesi Goritiensi, quam in suam Austriam sacram transscripsit P. Marianus Parte III. T. V. pag. 409.

Normalresolutzion über das Statutum der Stadt Triest. Triest 1767, in Fol. italico et germanico idiomate.

Novack (Ignat.) Carn. Rudolphiwerd. defendit Graecii universam Philosophiam, sub quo publico actu distributa fuit: vid. Morautscher sub Lit. M.

Nucleus synopticus rerum et monasteriorum Ordinis S. Pauli I. Eremitae, jam Monachorum in Provincia Istriaco-maritima a P. Mariano in suae Austriae sacrae Parte III. T. V. pag. 433. assumtus est.

Notitia Imperii Moscovitici. Graecii, typis Widmanstadii 1737, in 12.

OMJCRONTHECA.

Scrinium XIV. sub Littera O.

Obresa (Ant.) vid. Tibaldi sub Lit. T. et Laurentschitsch sub Lit. L.

Ordo Psalterii secundum morem et consuetudinem almae Ecclesiae Aquilejensis. Venet. per Franc. de Hailbrun MCCCCLXXXI. in 8. caractere vetusto super pergamena impressus, custoditur in Bibliotheca Principis ab Aversperg Labaci. Opus rarissimum.

Othel (Marcus Ant.) ex nobili genere Utini natus, J. U. D. docuit Jus civile Utini cum publico plausu. Quare, ut Paduam traheretur, nova Juris Cathedra Patavii est erecta et Othelio concessa, qui postquam vixisset 83 annos, † a. 1630. Ejus scripta sunt:

a) Responsa. *b)* Comentarii et praelectiones in Jus civile. *c)* Notae in Jus Canonicum. *d)* Tractatus de jure Dotium. *e)* De Pactis. *f)* Responsum pro decretis Reipublicae Venetae, quod legi potest in Melchior Goldasti Monarchia sacra S. R. Imperii Tomo III.

Otto (P. Elias) Labacens. e Soc. J. Professor Theologiae moralis plures:

Tractatus parvos edidit sine nomine, qui probabilius jam Valvasori (qui horum lib. VI. Chron. pag. 358 meminit) tempore interiere, alias eos certe enumerasset.

Otto Secretarius intimus edidit, Beschreibung des Cirknitzer Sees in Herzogthum Krain. Brandenburg 1776, in 8. Insert. 3. St. des II. B. der vermischten Beytraege zur physikalischen Erdbeschreibung a pag. 255—273.

Ottobonus Robarius, civis Placentinus, Episcopus Paduanus, jam Patriarcha Aquilejensis:

Synodum celebravit. a. 1307 cujus Acta et Constitutiones vel periisse, vel in forulis alicubi latere, dolet cl. de Rubeis T. I. c. 83. Monument. Aquilejens. subjicit tamen pag. 832. Epistolam ad Seizensis Cartusiae Priorem, cui demandat, ut in improbos homines diligentius inquirat, qui pravitate haeretica (Adamitica) polluti, rectam fidem Catholicam in Styria subvertere nitebantur.

PJTHECA.

Scrinium XV. sub Littera P.

P. (J. L.) edidit:

S. Lucie Andoht v' gorenski Kraynski strani v' Drashgoshah 1750, in 8. Totus libellus aeri incisus: sed plurimis mendis scatet.

Paccatus (Latinus) Drepanius clarissimus et antiquissimus historicus dixit latinum:

Sermonem an. Chr. 394 die 17. Septembris Aemonae, quando Theodosius Magnus rebellem Eugenium in Carniolia in campo Vippacensi devicit, quam Joannes Schefferus singulari comentario illustravit.

Paganus (Petrus) seu de Haydenschaft Carniolus scripsit: Vitam Sigismundi L. B. ab Herberstein, quae ext. in libro ejusd. Grata Posteritas etc.

Palladius (non sicut quidam putant Galata, sed) Patavinus, Fuscus, seu Niger cognominatus, Rufini Aquilejae amicus, S. Hieronymi adversarius, Eremita et Helenopolitanus in Bithynia Episcopus, celebris sui aevi, circa an. 470. Orator et Poëta. Quas facultates dum Capodistriae publice traderet, in cathedra appoplexia tactus, paullo post expiravit. Opera ejus sunt:

a) Commentaria in Catullum. Libr. III. *b)* De situ et ora Illyrici. Libr. II. quos P. Joan. Lucius Dalmata notis illustravit. *c)* Collectanea rerum vulgarium. *d)* Collectio Epigramatum. *e)* De bello Turcico. *f)* De Infulis. *g)* Notitia geographica. *h)* Elegia in laudem Cippi, seu Coriolani Ceppionis. Horum librorum nec unum videndi occassionem habui: sed citatos saepe saepius legi et ideo impressionis locum, annum et formam editionis omittere cogor. Sabellicus et Scordeon de clariss. Patavinis lib. II. Class. X. pag. 240 hos libros recitant, eorumque Auctorem laudant.

Palladii de **Olivis** (Henrici) Patritii Utinensis, Med. et Philosophiae Doctoris Utini in Forojulio sub initium seculi XVII. scripta:

a) Rerum Forojuliensium. Libri XI. ab orbe condito ad an. Chri. 452. Utini apud Nicol. Schirattum 1659, in Fol. *b)* De oppugnatione Gradiscana. Ibid. 1658, in Fol. Quae opera act. in Thesaur. antiquit. et historiar. Italiae.

Palladius de **Olivis** (Joan. Franc.) J. U. D. et Abbas Utinensis, nepos praecedentis vixit seculo XVII. mediante et evulgavit praememorati Henrici Palladii Ms.:

Res Forojulienses. Istorie della Provincia del Friuli (dal 452 al 1658). Udine per lo Schiratti 1660, in Fol. tomis II. Vol. I. quod Patriarchae Aquilejensi dedicavit.

Palma (Franc.) S. T. Baccalaureus, vide sis Corenini Rudolph. sub Lit. C.

Papafaua (Robertus) scripsit et edidit:

De situ Carnioliae, Carinthiae, Styriae et Epiri.

Papalis (Dominicus) in Craina, hoc est: in Carniolia (apud veteres enim Craina sine addito praedicato, idem erat, quod nunc Carniolia) reperit Ms.:

Regum Dalmatiae et Croatiae gesta, quod Ms. Marco Marulo Spalaterrano Patritio submisit, ut illud ex Illyrico latinum faceret. Vid. Schwandneri librum de scriptorib. T. III. pag. 510 editionis Viennens. in Fol.

Papler (Joan. Franc.) Carn. Altenlacens. Philosoph. et Medic. Doctor, Academicus Operosus Labacensis:

a) D. Marco Gerbezio in observantiae Tesseram cecinit Carmen elegiacum. Lab. 1692, in 8. *b)* In ejusd. Marci Gerbezii opus. Intricatum extricatum Carmen. Lab. 1692, in 8. Utrumque Gerbezii operibus praemittitur.

Paradeiser (Marcus Engelbert L. B.) a Neuhaus et Graditsch, Dnus. in Meichau et Laas, S. C. Maj. in Carinthia haereditarius Venationum Praefectus, Carniolus, Collegii Nobilium Parmensis convictor sub prelum missit:

Jus universum Decretalium, codicis, Digestorum, Consuetudinum, Feudalium, nec non Theoricae praxis civilis et criminalibus Thesibus disquisitum, quod sub auspiciis Inclytorum Ducatus Carnioliae Procerum propugnandum proposuit. Explicato Capitulo: Intelleximus extra de Judiciis. Auctore Franc. Bonvicino, J. U. D. in patrio Parmensi Gymnasio publico civile Interprete ordinario et in eodem Collegio Nobilium ejusd. Juris et Pontificii et Feudorum Lectore. Parmae MDCLXXVIII. in Fol.

Paradiso (Franc.) Labacensis, Parochus in Lustthal emeritus, publicae Bibliothecae Labacensis Custos, Celsiss. Principis, Episcopi Labacensis e Comitib. ab Herberstein Confessarius, Academicus Operosus Labacensis, et

Versionis Bibliorum in vernaculam coadjutor. vid. Japel sub Lit. J.

Parthenius (Bernard.) Poëta Spielenbergius Cognominatus, Forojuliensis docuit non longe Venetiis elegantes litteras, proprio morte et scripsit:

a) De poëtica imitatione libros V. in lingua italica, quos ipsus dein in latinam translulit. *b)* Carminum Libros III. *c)* Orationem latinam. *d)* Comentaria in Horatii opera, quem librum edidit Georg Gaeze. Venetiis per Dominic. Nicolinum 1585, in 4.

Pasconi (P. Casparis) Ord. Minor. de Observantia S. T. Lectoris et Provincialis:

Historiae Ecclesiae et conventus Montis sancti Divae Virginis gratiarum Comitatus Goritiensis. Venet. 1746, in 4.

Paserinus (Petrus Maria) Notarius Utini:

a) De electione summi Pontificis. Romae per Tinassium 1672, in Fol. *b)* De Indulgentiis. Ibid. eod. an. *c)* In I. librum Sexti Decretalium, tomis III. Romae per Tinassium 1667, in Fol. *d)* De hominum statibus et officiis. Romae 1661, in Fol. *e)* Comentaria in tertiam partem D. Thomae. Romae 1669, in Fol. *f)* Diarium rerum Forojuliensium ab an. 1258 usque ad 1356 seu potius ab an. 1252 usque ad an. 1386. Ast verus hujus operis Auctor dicitur Juliani, Canonicus Enonae seu civitatis novae, qui floruit a. 1293. Lege P. de Rubeis c. 74 de Monument. Aquilejens. et in appendice §. VIII. pag. 22. Probabilius scripsit Passerinus circa an. 1500. *g)* Recurrit etiam alicubi memoria cujusdam compendii familiarum Nobilium Utinensium ab hoc Passerino italico idiomate editi: et alterius.

Passerini (Petri Franc.) liber inscriptus:

Legalia Problemata. Placentiae per Joan. Bazachium 1678, in Fol.

Paulini (Fabius) Med. Doctor floruit Utini seculo XVI. exeunte et scripsit:

a) De viperis in Trochiscorum apparatu pro Theriaca adhibendis. *b)* Libros VII. de numero septenario. *c*) Praelectiones Marciae, sive commentaria in narrationem Thucydidis de peste Atheniensium. Venet. 1603, in 4. In Ms. reliquit. *d*) Tabulas in artem medicinalem Galleni, quae Hanoviae operibus Argenterii 1610, in Fol. additae fuerunt.

Paulini (Joan. Chrysost.) vide infra Pollini.

S. Paulinus Patriarcha Aquilejensis Forojuliensis (alii Austriacum faciunt) celebris Grammaticus, cujus opera Princeps Hunorum Thudum ad Carolum Magnum (apud quem tantum valuit, ut pro suis Canonicis electionem Patriarchae evinceret Paulinus) Legatos misit; et Baptismum postulavit. † 2. Januarii 802.

Lege litteras Alcuini ad Paulinum sub an. 795 scriptas. Ab hoc Paulino, qui etiam synodo Francofordiensi interfuit, habemus. *a)* Epistolam ad Heistulphum, quae ext. in Concil. Labbei T. VII. col. 1064 in Decreto Gratiani Causa 33. Q. 2. c. 8. haec epistola Stephano V. inscribitur. *b)* De salutaribus documentis ad quemdam Comitem, ext. in operib. S. P. Augustini edition. Parisinae T. VI. pag. 194 in Append. *c*) Epistolas: quae ext. in Miscellan. Baluzzi T. I. pag. 362. *d*) Tractatum quemdam hujus Paulini edidit du Chesne. *e*) Libros III. adversus Elipandum Toletanum et Felicem Urgelitanum Antistites ext. in operib. Alcuini pag. 1761. *f)* Sacro-syllabum, seu libellum de Ss. Trinitate scripsit an. 793 qui insertus est Bibliothecae Ss. Patrum et reperitur apud Alcuinum pag. 1874. Unde quibusdam afferre placuit, Libros VII. ad Felicem Urgelitanum scripsisse Alcuinum, non Paulinum. *g*) Epistolam ad Carolum Magnum. *h*) Professionem seu Regulam fidei in versibus, quae ext. in Baluzii Miscel. *i)* Hymnos, qui ext. inter opera Cassandri pag. 201, 236, 251 et 255. *k)* Hymnos III. qui ext. in Hymnario ad calcem Psalterii Thomasii pag. 47 et 60. *l)* In amplissimae collectionis T. J. Edmundus Martene et Ursinus Durand, Benedictini, memorant, librum, qui inscribunt: Incipiunt salutaria monita Paulini, de Tractatibus Sanctorum excerpta. Omnia opera Paulini prodiere Venetiis 1737, quae notis, dissertationibusque illustravit Joan. Franciscus Madrisius.

Paulus (Winfridus) Aquilejensis, ex Longobardorum civitatis Forojuliensis gente Warnefridi et Theodelindae filius, Patriarchae Aquilejensis Diaconus, Regisque Desiderii Notarius, Cancellarius, Historicus et Poëta celebris a Carolo M. an. 774 ad Ticinum captus, a Leone Osiensi in insula Tremiti exulasse, post ad Arichisium, Beneventanum Ducem, Desiderii generum profugisse et exinde Monachis Cassinensibus accessisse fertur. Claruit ad an. 770 et litteris commisit:

a) VIII. Historiarum libros Eutropio addidit, nempe ab obitu Juliani usque ad Leonem Icomachum. *b)* Lombardiam, quae dicitur Cisalpina, seu de ingressu Longobardorum in Italiam, origine, gestis, regnoque eorum, historiam valde luculentam, in qua ipse primus patriam nostram Carnioliae nomine compellat. *c*) Miscellae historiae a Paulo, Aquilejensi Diacono primum collectae, ad imperium Leonis IV. id est: an. 806. Basileae typ. Berna 1569 excusae. *d*) In laudem S. Benedicti versus elegiaco metro digestos; memorat Arnold. Wion, quod Poëmatis hujus disticha iisdem, quibus incipiunt, verbis desinant. Quod integrum refert Anonymus serm. de S. Benedicto, ubi quoque refert Pauli Diaconi. *e*) Hymnum singula. S. Benedicti miracula continentem. *f*) Hymnos. S. Joannis Bapt. specialis sui tutelaris et Longobardorum Patroni: Ut queant laxis resonare fibris etc. et S. Benedicti. *g*) Versus ad Arichios, generum Desiderii, Beneventanum Principem. *h)* Homilias 50 seu lectiones sacras Evangelicas de Sanctis, quas jussu Caroli Magni digessit. *i)* Expositionem in Regulam S. Benedicti. *k)* Vitas Sanctorum: S. Pontificis Gregorii, S. Benedicti (quam invenies in lib. I. c. 26 de gestis Longobardor.). S. Mauri, S. Scholasticae jussu Caroli M. ext. in lib. III. Poëmatum Prosperi Martinengii) S. Arnulphi Metens. Episcopi et Mart. (quae habetur in Prolegom. Jac. Pamelii ad S. Cypriani opera). *l)* Librum de gestis Episcoporum Metensium, quem edidit Marquard Freher in corpore histor. Franc. et ipse Paulus lib. VI. de gestis Longobard. se scripsisse fatetur. *m)* De gestis Episcoporum Papiens. librum. *n)* Ad Carolum M. epistolam, quae in Ms. ext. in Biblioth. Cassinensi, ubi et alia bene multa Ms. ejus etiamnum servari referuntur. *o*) Sermones II. de B. Virgine, quos olim Ms. tenuit Romae Vir insignis Flaminius Cerasola Bergomas. Paulus in Monte Cassino †, sepultus est juxta Ecclesiam S. Benedicti ante capitulum, teste Petro Diacono pag. 167, quem si vacat, vid. in Biblioth. Ecclesiast. Joannis Alberti Fabricii edita Hamburg. 1718, in Fol. Epitaphium Paulo scripsit ejus discipulus Hildericus Abbas Cassinens.

Paulus vid. Carthagena sub Lit. C.

Paulus de **Mitterburgo**, teste Scaligero: sui aevi Medicus et Mathematicus celebratissimus a Duce Urbinate in Archiatrum assumtus, ejusque potente verbo commendatus ab Imp. Maximiliano II. Episcopatum in Foro Sempronii obtinuit. Sub Julio II. et Leone X. lateranensi Concilio interfuit et a. 1535. † aetat. annor. 89 scripsit:

a) Prognosticon ad Maximilian. Austriacum seu Practicam de pravis constellationibus. *b*) De Paschali observatione libros XIV. quos Leoni X. dedicavit. *c*) Defensionem Prognostici, atque invectivam in superstitiosum Vatem. contra Joan. Barbum. *d*) De die Passionis Dncae. Libros XIX. quos Maximiliano II. Imp. detulit. Ughelius eum plurimum laudat in sua Italia sacra.

Pegeus, seu **Pegie** (Martin.) Carn. J. U. Salisburgensis Archiepiscopi ad an. 1560. Consiliarius, Academicus Labacensis, typis commendavit libr.:

a) De servitutibus 1557, in Fol. dedicatum Alberto Duci Bavariae. Post modum in germanicum translatus prodiit sub hoc titulo: Mart. Pegei J. U. D. Von den Dienstbarkeiten Städtlicher und bauerischer Erbeigen-Güter. Ingolstadii MDLX. mox Ratisbonae 1633, in Fol. *b)* Tractatus

de jure Emphiteutico 1557, in Fol. et socero suo D. Leonardo de Sigersdorf, Capitaneo Locopolitano in Carniolia, dedicavit. Germanica translatio sic inscribitur: Von Erb-Bau-Recht. Cod. Justinian. de Jure Emphiteut. *c)* Tyrocinia Consiliorum 1564, quae grati in suam Patriam animi contestandi gratia Praesidibus, Praefectis et Primatibus Carnioliae dedicavit. *d)* Tractatus de Jure et privilegiis dotium 1567 et Francofurti 1733, recusus. *e)* Tract. de Jure Retractus in Fol. laudat Thalberg in sua Epitome Carnioliae. *f)* De Subhastationibus, oder von Gant-Recht. Ibid.

Pelzhoffer (Franc. Alberti) Carn. S. R. J. L. Baronis de Schoenau, Dni. in Steinbrückel et Gutenau, Nobilis in Schneckenbichel, Sagoriz et Schwarzenbach, S. C. Maj. Consiliarii, Judiciorum in Carnioliae Assessoris, Caesarei Vicedominatus Consiliarii, Provinciae Testium inferioris Carnioliae Comissarii et olim Statuum Deputati, Societatis Anglicanae membri, nati 1643 denati Rudolphiwerdae 1710 postquam Patriam et orbem litteratum suis eruditionibus illustravit, videlicet suo opere inscripto:

a) Lacon Politicus, strictim doctrinam administrandae Reipublicae, quam ajunt: Politicam, complectens. Aug. Vindelicor. typ. Petri Detleffsii 1706, in 12. Italice: Lacone ò vero Ristreto politico. *b)* Arcanorum Status Libr. VIII. Labaci 1709, in 4. et Francofurti 1710, recusi. *c)* Corona virtutis Virorum illustrium in 12. *d)* Neu entdeckte Stadts-Klugheit in hundert politischen Reden. Frankf. und Leipz. 1710, in Fol. Partes II. In hoc libro Maria Regina Constantia ejus vidua dedicationem ad totam Domum Austriacam, ejusque in Austria, Styria, Carinthia, Carniolia, Tyrolii et Goritiae congregatorum Ecclesiasticorum non minus, quam Politicorum Provinciae Statuum adornavit. *e)* Epistola Panegyrica ad Thalbergi Epitomen chronologicam, sub qua scripsit: F. A. B. V. P. M. Nec obstat in hac epistola cum Schoenlebenio, Valvasorioque etiam Pelzhofferum expressius laudari ab alio post obitum Pelzhofferi auctore, aut illius fautore.

Peregrini a Tergesto:

Theodoti Amade Equitis et Comitis ab Amaden de rebus Habspurgico-Austriacis comentarii. Voluminib. V. in Fol. constantes. IV. hujus operis tomi ab ipso Auctore primum parati fuerant: primus vero, quem is morte praeventus absolvere non poterat, ad illius adversaria Ms. repositus, atque postliminio a quodam Pesegrino a Tergesto complectus fuit, quod Ms. Posonii servari Marquard. Herrgott testatur.

Peregrinus, Aquilejensis, Patriarcha, scripsit: *a)* Epistolas III. Veronensi Archipresbytero, ext. in Italia Ughelii T. V. col. 726. *b)* Diploma Canonicis Veronensibus. Ibid. col. 826.

Perenne Pietatis Igniarium, seu variae piae cogitationes, cum vita S. Brunonis ab Anonymo Ordinis Carthusiensis studioso. Lab. typ. J. G. Mayr 1717, in 8.

Peri Archidiaconus Fluminensis, infulatus Abbas S. Jacobi ad mare et Episcopalis Vicarius Polae ex parte Austriaca exaravit:

De Comitatu Szeveriensi compendiosam notitiam, quam P. Marianus noster in suam Austriam sacram traduxit Parte III. Tomo V. pag. 415 et seqq.

Perizhoff (Carol. Sigefridus de) in Ehrenhaimb Carn. juratus Registrator Provinciae Carnioliae, Academicus Operosus scripsit:

Erb-Huldigungs-Act in dem Herzogthumb Crain den 29. Augusti 1728 vollzogen. Layb. bey Adam Fridr. Reichhard 1739, in Fol.

Pesdizh (Georg) Carn. Radmansdorfens. Presbyter secularis, S. T. D. in suo actu publico distribuendum dedit librum, cujus titulus erat:

Dissertatio, in quo genuina Ss. Augustini et Thomae doctrina, contra ingenuam indolem scientiae mediae, probabilismi et gratiae efficacis ingenue vindicatur. Salisburgi 1773, in 4.

Petazius vid. mox infra Pettantzi.

Petaz (Mathias) Carn. Pernicens. vid. Jenschiz sub Lit. J.

Petermann (Joan. Bapt.) Carn. Romano-Pontificius Resolutorum Coacademicus, nec non Statuum Carnioliae Physicus inquisivit testante Valvasor lib. IV. pag. 567.

a) In antiqua monumenta curiosa in Bevſheza. *b)* Allusio Panegyrica ad Illustriss. DD. magnifici operis Topographiae Carnioliae Auctorem. Lab. 1689, in Fol. ext. eidem operi Topographiae praefixa.

Petritsch (Mich.) vid. Fabianitsch sub Lit. F.

Petschnigg (Joan. Bapt.) Carn. Locopolitani, Beneficiati Viennensis:

a) Admirabilis Austriaci gloria *. Humilis In Deo Natio Carnioliae *, In glorioso natalis Die Suae Caesareae Majestatis * Austriacorum Decora praesentat. Viennae Austriae apud J. Bapt. Schoenwetter, Bibliopol. in 4. *b)* Sempiterna Laus et gloria Sancti Antonii Paduani. Ibid. iu 4. *c)* Orationes Sacerdotis In extremis Constituti. * Praeventa et ante Viginti annos facta secura et bona Morte Disposito. Ibid. in 8.

Pettanzi, sive **Paetazius** (Felix) Nobilis Croata et Cancellarius Segnae in Dalmatia vixit 1480. Legationibus Caesareis ad Turcarum Imperatorem Bajazethum II. et Solymum functus scripsit:

a) Dissertationem de itineribus aggrediendi Turcam, ad Vladislaum Hungariae et Bohemiae Regem. Qui liber in Joan. Cuspiniani libro de Turcarum origine: et Nicol. Reusneri collectione orationum et consult. de bello Turcico: item in collectione Wecheliana Scriptor. rer. Hungaricar. et in J. G. Schwandtneri Scriptorib. rerum Hungaric. T. I. pag. 867 edit. Viennens. 1746, in Fol. ext. *b)* In Ms. reliquit Genealogias Turcicas, quarum una ext. in Biblioth. Auerspergiana Labaci litteris turcicis exarata in Fol.

Piccardi (Aldragus Ant. de) ex Canonico Decano Tergestinae Ecclesiae Episcopus Petinensis 1766, consecratus scripsit:

Historiam Episcopatus Petinensis, quam P. Marianus in suam Austriam sacram Parte III. T. V. pag. 73 et pag. 452, transsumsit.

Pinamonti (P. Joannis) Societat. J.

Via coeli. Recusa Labac. apud Reichhardum 1731, in 12. dedicata Rdmo., Perillustri, ac Clariss. D. D. Joan. Jacobo Schilling. S. T. D. Protonotario Apostolico Cathedralis Ecclesiae Labacens. Canonico et per dioecesin Vicario Generali.

Pinhak (Jos.) Canonicus titularis, Consistorialis et Parochus ad S. Jacobi Labaci dixit Concionem: Dankrede nach der Wiedereroberung der Festung Mantua in der Metropolitankirche. Lab. apud Kleinmayr 1799, in 8.

Pistoriensis (synodi) Acta vid. Acta sub Lit. A.

S. Pius I. Aquilejensis, filius Rufini et frater Hermae, Romanus Pontifex ad an. 156, de hoc ext.:

a) Decreta Pontificia. *b)* Epistolae II. ad Justum Episcopum Vienensem. Quod utrumque quidam supposititium proclamant. Quae *c)* contra Montanistas scripsit, genuina ejus scripta communiter agnoscuntur.

Pius III. (Aeneas Sylvius, Barthol. Piccolomini) Italus Gente, Patria Senensis, justitiae et Religionis cultor: eloquentia, dexteritate et prudentia multum excellens, primum Praelati cujusdam Cancellarius ad Concilium Basileense euntis Secretarius, ubi Caesarei Cancellarii Caspari de Schlick favorem meruit et Friderico Imp. commendatus fuit. Imperator eum aulae suae, Historiographum, Secretarium, Poëtam laureatum et suum denique Consiliarium fecit: Slavo-Graecii et aliam in Bavaria Parochias administrandas commisit. Familiarem sibi habuit Piccolominius Sigismundum a Lamberg Carniolum Capellanum et Eleemosynarium aulicum, a quo ad Episcopatum Labacensem promoto, Parochiam in Altenmarkt dioecesis Labacensis Aeneas accepit. Anno 1442. Legatus Caesareus ad conclave, pro electione Nicolai V. missus, ad commendationem Caesaris Episcopus Tergestinus in quartum annum: mox 1450 Senensis, ac an. 1457 a Callisto II. Cardinalis et 1458 Pontifex Romanus creatus est, nomen ex Virgilio sibi assumens: Sum PJUS Aeneas etc. Tergestinae Ecclesiae indulgentias est impertitus; Episcopum Labacensem, Principem S. R. Imperii nominavit et a jurisdictione Patriarchae Aquilejensis exemtum, Romanae Sedi immediate subjecit et † Anconae an. 1464.

Opera ejus Geographica et Historica reimpressa sunt Helmstadii 1699, in 4. et alia alibi. Quod ad rem nostram pertinet, est: quod p. t. quo erat Tergesti Episcopus, propria Ms. reliquerit Tergesti: Relationem dati et accepti, quam Valvasor Tergesti servatam suo tempore asserit. Si etiamnum ibi servatur, oh! quantum bona Numina! a nostro tempore abludet. *b)* Comentarii Pii III. Romae in typographia Dominici Basae 1584, impressi sunt.

Planinz (Mathias) Carn. AA. LL. et Phil. ac S. T. D. Archiepiscopalis Curiae ad S. Stephani Viennae Cooperator, p. t. Inclytae Nationis Saxonicae in Universitate Viennensi Procurator detulit, S. P. Q. Academico orationem inscriptam:

Divus Mauritius Thebaeae Legionis Dux et Martyr panegyrico celebratus, perorante D. Joan. Michaele de Grünwald Viennensi. Vien. apud Kirchberger 1750, in Fol.

Plentschitsch (Marci Ant. de) S. R. J. E. Provincialis Goritiensis, Medic. Doctoris, qui apud Sereniss. Ducissam de Sabaudia, natam Principem de Lichtenstein tantum valens, ut eam ad 14. alumnos in domo Sacerdotali Goritiae fundandos permoverit. Ejus sunt:

a) Opera medico-Physica. Vindobonae 1702, in 8. Parte IV. dedicata Augmae. Imp. M. Theresiae. *b)* De febribus putridis. Ms. *c)* Nova ratio frumenta, aliaque legumina quam plurimis annis integra, salvaque conservandi. Vindob. 1764, in 8.

Pochlin (Joseph.) Labacens. humaniora Labaci in Seminario Ss. Rogatiani et Donatiani: Philosophiam vero et Theologiam in Universitate cum Laurea absolvit: mox Brunae ad montes Vienenses Vicarium egit; inde ad Curiam Archiepiscopalem ab Emmo Cardinale Migazio assumtus in Ecclesia metropolitana perplures annos ad promeridianam concionem dixit, et ad Curati ad S. Stephani officium meruit promoveri. Typis commendavit:

a) Lobrede auf die heil. Mährischen Landespatronen Cyrillus et Metudius. Vien. 1773, in 4. *b)* — auf den heil. Abbt Egidius mächtigen Schutzheiligen des Durchlaucht. Herzogtums Steyermark. Vien. apud Ghelen 1773, in 4. *c)* An Hrn. Verfasser über die Begräbnisse in Wien. Vien. apud Schulz 1781, in 8. *d)* Gnade und Abfertigung einer hochgelehrten Gesellschaft der Predigerkritiker. Vien. 1782, in 8. *e)* Predigt von der ächten katholischen Verehrung Mariä während der marianischen Feyerlichkeit in der Stiftskirche der regulirten Chorfrauen des heil. Augustins zum heil. Jakob in Wien. Vien. 1782, in 8. *f)* Bündniss dreyer andächtigen Personen zu Ehren der allerheiligsten Dreyfaltigkeit, nach dem römischen Original. München 1784. Quem libellum, quia reimprimi fecit et devotis personis distribuit, ab Instantia Politica 100 fl. multatus et per 14 dies custodiae Archiepiscopalis Consistorii mancipatus fuit. *g)* Allernöthigste Beylage zur Beleuchtung und Berichtigung der Wiener Kirchenzeitung 20. Stückes vom 16. May 1788, seine Reise nach Laybach betreffend. Vien. 1788, in 4. Relata in gesammelten Schriften unserer Zeiten. IV. Band. Augsburg bey Merz 1789, in 8. circa finem tituli VI. Fortgesetzte Geisel der jetzigen Aufklärungsphantasten. *i)* Uiber Mirakel und Reliquien der Heiligen. Vien. 1784 versio ex S. Augustino, in 8.

Pochlin ejusd. germanus frater quaere P. Marcus a S. Ant. Paduano *sub Lit. M.*

Podvuzhenje in Molitve sa vsakteriga, is Pukviz imenuvaneh Exercizia S. O. Ignazia. Lab. per J. Frid. Eger 1768, in 12. Id est: excerpta ex libro P. Bassar., quem quaere sub Lit. B.

Poeck civis Labacensis filius, sequentis germanus frater quaeratur sub Lit. F. P. Felix.

Poeck (Thom. Ignat. L. B. de) Labacensis, J. U. D. stipendiorum Carniolicorum Viennae p. t. Superintendens, S. C. Regiaeque Maj. in Regimine Inferioris Austriae Consiliarius, jam ejusd. Vice-Cancellarius, p. t. suae Inclytae facultatis Juridicae Decanatus detulit:

Panegyricum D. Ivoni, perorante Nobili D. Josepho Carmesina J. U. in secundum an. Auditore. Vien. ex typographia Kaliwodiana 1747, in Fol.

Pogatschnigkh (Georg. Sigism.) Labacensis, AA. LL. et Phil. Magistri et Medicinae Candidati, postmodum Physici Labacens. inter Academicos operosos dicti: Sollicitus:

Triumphus laudis D. Marci Gerbezii Authoris Chronologiae Medicae. Lab. 1698, in 4. et praefigitur ipsi Gerbeziano operi.

Pogatschnig (P. Laurentius) Carn. e Soc. J. Concionator Labaci edidit:

a) Dioecesanum Labacense. Tergesti 1757, typ. Joan. Th. Trattner, in 8. *b)* Compendium Ritualis Labacensis, cum appendice germanica et carniolica pro assistentia moribundorum. Ibid. 1757, in 12. *c)* Missae propriae dioeceseos Labacens. Ib. eod. an. in Fol. Quibus quia magnum defectum querulari et plurimorum desiderium explicari audivit, pro omnium utilitate et commoditate. ne dicam necessitate rem praestitit gratissimam.

Pogrietschnig (P. Joan. Bapt.) Vindi e Soc. J. AA. LL. et Phil. Doctoris in Academico Gymnasio Labacensi Physices Professoris, Societatis Agrariae in Carniolia membri:

Compendiaria descriptio Metropolis Labacensis. Lab typ. Egerianis 1766, in 4. *b)* Unterricht vom Dunge, legi potest in wochentl. Kundschaftsblat des Herzogthum Krain 1775 den 17. April, in 8.

Polanco (P. Joannis) e Soc. J.:

Methodus juvandi moribundos ex plurium Doctorum, ac piorum scriptis et usu proprio collecta. Reimpress. Lab. 1744.

Pollini (Joan. Chrysost.) comuniter Paulini Medic. Doctor Labaci et alibi celebris:

a) Neu vermehrte heilsamme Dreck-Apotheke, wie nähmlich mit Koth und Urin fast alle, ja auch die schweresten, giftigen Krankheiten in- und äusserlich glücklich curiret werden. II. Theile. Frankfurt 1748, in 8. quo anno prima editio facta sit, ignoro. *b)* Examinatio omnium per Carnioliam existentium thermarum, acidularum et sanitati conducentium aquarum. Ms. et alia.

Polnische Klag wider den teutschen Orden. Ms. in Fol. ext. in Bibliothec. Principis ab Auersperg Labaci.

Pongratz (P. Alberti) Carn. Ordinis Praedicatorum Reformatae Congregationis Professi, Neo-Claustri in inferiore Styria p. t. Concionatoris Vindici:

a) Manuale praesidium Confraternitatis Ss. Rosarii. Lab. typ. Adami Frid. Reichhardi 1743, in 4. quod postea auctum et in II. Tomis in Fol. recusum fuit. Ejus Ms. etiamnum habetur Cormontii prope Goritiam. *b)* Collegia mechanica R. P. Josephi Walcher ex idiomate germanico in italicum versa, et ab eo adjunctis opportunis et utilibus adnotationibus illustrata. Ms. *c)* Opusculum in lingua germanica Isenaci in Thuringia ab Anonymo editum: De disjiciendis pulvere pyrio saxis a P. Pongratzio in italicum versum. Ms. *d)* De nova linea circino proportionali inscribenda, qua facile deprehenditur recta cujuscumque circuli etc. Ms. *e)* De usu lineae Gunterianae magis extenso etc. Ms. *f)* De colorum origine novum systema et quaedam alia opuscula in uno fasciculo Ms. *g)* Vita Venerab. Joannae Pelegrini monialis, quae in Dominio Veneto 1717 sancte obiit. *h)* De pauperculis Sororibus (Povevelle) Ordinis S. Dominici Farae in Comitatu Goritiensi.

Poppovitsch (Joan. Sigism.) Vindus e Comitatu Celejensi germanicae linguae et Eloquentiae Viennae publicus et in Ducali Sabaudica Academia privatus Professor edidit:

a) Untersuchung vom Meere, die auf Veranlassung einer Schrift, de Columnis Herculis, welche Hr. Christian Gottlieb Schwarz, Professor in Altdorf, herausgegeben, nebst andern zu derselben gehörigen Anmerkungen. Frankf. und Leipz. 1750, in 4. II. Theile. *b)* Schreiben an einige vornehme Gelehrte in Leipzig. Ibid. *c)* Die nothwendigsten Anfangsgründe der Teutschen Sprachkunst. Vien. 1754, in 8. *d)* Versuch einer Vereinigung der Mundarten von Teutschland, als eine Einleitung zu einem vollständigen Wörterbuch. Vien. 1780, in 8. In Ms. post obitum reliquit: *a)* Excerpta ex futili libello, qui in Saxonia aliquot Imperialibus emitur, si occurrat. Rara avis! sic inscripto: Arcticae horulae subcisivae etc. Adami Wochorizh. Witebergae 1684, in 8. Crisis. *b)* In Grammaticam Vendicam edendam, id est: Vinidarum, seu Vindorum Australium cogitata et praeparata. *c)* Specimen Vocabularii Vindo-Carniolici. *d)* Universale Glossarium, ad quod exiguntur voces, probaene sint, an corruptae? *e)* Crisis über die kraynerische Grammatik des P. Marcus Augustin. Discalceat. cui haec praemittit: Nihil unquam egregii tentatur, cujus primus conatus calumniis non impetatur. NB. Obiit Berchtoldsdorfii ad Viennam, ubi supra sepulcrum lapidem sacrum vulgarem sibi poni jussit cum simplici Illyrica littera.

Portenberger (P. Joan. Adami) Ordinis S. Pauli I. Eremitae, alumni monasterii ad S. Petri in sylva Carnioliae:

Manuale, oder kurze Unterweisung deren Laybrüdern zum leichter Vortgang auf dem Weg Gottes. Layb. 1698, in 8.

Posareli (P. Joannis Bapt.) Bergomens. Itali e S. J. qui Philosophiam, Theologiam moralem, Polemicam et S. Scripturae interpretationem et Graecii et Viennae docuit, atque Collegii Goritiensis actualis Rector sancta morte, cujus fatalem horam divinitus edoctus praedixit, defunctus est 8. Decembr. 1648. Praeclara sui ingenii monumenta reliquit:

a) Quadriga Heroum errantium, seu de IV. causis, quibus impediuntur Evangelici, ne fidem Catholicam suscipiant. Coloniae apud Jo. Kinckium 1631, in 8. *b)* Corona stellarum duodecim. Vien. typ. Georgii Gelbhaar 1631, in 8. *c)* De Philosophia sententiae Graec.

Poschinger (P. Franc.) Carinthus Ordinis Praedicatorum et ideo Concionator primum Viennae ad B. Virginem rotundam, dein Aulae Josephi II. Imp. Ecclesiastes, † 1796. Viennae concionator aulicus emeritus etc. Edidit:

Lobrede auf den heil. Blutzeugen Joannes von Nepomuk. Gehalten zu Triest bey St. Peter. Tergesti, apud Franc. Math. Winkowitz 1777, in 4.

Posseviz (Wolfg.) vid. Gallizhizh sub Lit. G.

Pot svetega Krisha. Labaci multoties, sed semper minus correcte impressa et in 8. et in 12.

Prasch (Joan. Ludov.) des Innern und Geheimen Raths der freyen Reichs-Stadt Regensburg E. E. Steuer-Amts-Directoris, des Consistorii Praesidis und Proto-Scholarchae, auch zu Fürwehrenden Reichs Comitiis Deputirten:

Gratulation an den Freyherrl. Verfasser der Ehre des Herzogthum Krains. Layb. 1689, in Fol. praemissa chronico Valvasorii.

Premishluvanje na U' saki dan Tedna, od teh nar Poglavitnishih Navukov nashiga Mojstra Jesusa Christusa Is Nemshkiga na Krainski jesik prestaulena. Lab. apud An. Elisabeth Reichhard Viduam 1757, in 8.

Prescheru (Joan. Bapt. de) Carn. Praepositi Cathedralis Ecclesiae Labacens. S. T. et J. U. D. Metropolitanae Salisburgens. Ecclesiae ad Nives Canonici, Poëtae Laureati, Inclytae Provinciae Carnioliae Deputati, Deputatorumque subinde Praesidis, inter Academicos Operosos Labacenses dictus: Resolutus.

Tractatus de Jure Pontificio et Romano laudatur a Thalbergio in sua Epitome.

Preschern (Joan. Bapt.) Carn. e S. J. AA. LL. et Phil. Doctoris, ejusque Professoris emeriti:

a) Exercitationes Poëticae. Graecii 1714, in 12. *b)* Exercitationes Rhetoricae. Graec. 1715, in 12.

Preschern (Jos. Math.) Carn. Radmannsdorffens. dum in Archiducali et Academico Gymnasio Labaci Philosophiam universam publice propugnaret, in praesentes distribuendam commisit:

Ideam Sapientis, vid. Mayr Joan. Bapt. sub Lit. M. quam Praenobili generoso, ac Clariss. et Consultiss. Viro D. Joanni Bapt. de Preschern in Heldenfeld, J. U. D. Inclyti Ducatus Carnioliae Archigrammateo, D. Agnato, ac Patrono suo dedicavit. Vien. typ. Mar. Theresiae Voigt in Vid. 1728, in 4. cum symbolis et figuris aëri incisis. Vid. et Laurentschitsch sub Lit. L.

Proprium Sanctorum Dioeceseos Labacensis Ms. *a)* Gregorio Kramer Kamnicensi 1758, in 8. *b)* Novum editum Lab. litteris Egerianis 1778, in 8.

Putschart (Joannes) edidit:

Relation von J. K. M. der Königlichen Gespons Mariae Ferdinandi III. Erzherzogen zu Oesterreich, Infantin zu Hispanien, sammt Erzherzogs Leopoldi Wilhelmi glücklicher Ankunft am 5. Februar auf Laybach. Laybach 1631, in 4.

QUJTHECA.

Scrinium XVI. sub Littera Q.

Vacat.

RHOTHECA.

Scrinium XVII. sub Littera R.

Rabata (Josephi Comitis a) Principis Episcopi Labacens. L. Baronis in Dornberg et Dni. in Canal. Ordinis S. Joannis Hierosolymitani Equitis, Commendatoris in Lossen, Oberlibich et Grostniz, S. C. Maj. Consiliarii intimi etc.:

Directorium agendorum tempore Pestis. Auctoritate Rdmi., ac Celsiss. Principis, ac D. D. Josephi Comitis a Rabata Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Labacens. ad suae Dioeceseos Pastores submissum. Lab. typ. J. Bapt. Mayr 1679, in 32.

Radeskini vid. infra Redeskini.

Raditsch (P. Alberic.) vid. Moraulscher sub Lit. M.

Rajn (Joan. Frid. a) a Stermol et Redeseg Inclyti Ducatus Carnioliae causarum aulicarum Provincialium Assessoris:

a) Praeservativum universale naturale, a natura et arte depromptum in omni morborum genere est Lapis Philosophorum, cujus possibilitas, realitas, existentia et praeparatio, quantum licet: quodque is solus sit unicus morborum debellator Hercules, contra Jac. Joan. Wencesl. Dobrzenski de nigro Ponte Phil. et Medic. Doctorem, Lapidem Philosophorum, ejusque indefinitam in omnibus morbis curandis excellentiam negantem demonstratur. Lab. typ. J. Bapt. Mayr 1682, in 8. cum figur. *b)* De Chymia Ms. in volumine cum figuris pulcherrime pictis et aureis litteris scripto ipse Auctor Caesari immanuavit, ut refert Valvasor. Lib. VI. pag. 364 sui Chronici: et ego: quod idem volumen (visu dignum) ad normam antiquissimorum voluminum exaratum Imperator Bibliothecae Augustinianorum Excalceatorum sui Viennae Conventus donaverit.

Rapicius, vulgo **Repez** (Andr.) J. U. D. Episcopus Tergestinus, Caesaris Consiliarius edidit:

a) Carmen heroicum de Histria. Vien. per Mich. Zimmermann 1556, in 4. quod typis Chorographicis est additum. *b*) Acta et Notabilia Episcoporum Tergestinorum collecta. Ms. in archivio.

Raymund Turriani vid. Turriani sub Lit. T.

Redeskini (Maximilian.) Labacens. Presbyter secularis, in Cathedrali S. Nicolai Ecclesia p. t. Levita et Curatus tacito suo nomine imprimi fecit:

a) Osem in hestdeset (sic) sveteh pesm. Lab. litteris Egerianis 1775, in 8. Qui liber iteratis typis utcumque bona orthographia recusus fuit, Notae, seu figurae cantus impressae sunt Viennae typ. Trattnernianis 1776, in 8. *b*) Podvuzhenje inu molitve. vid. sub Lit. P. *c*) Kratka visha k' Bogu skus snotrejne inu svunanje molitovze se povsdigniti. Lab. 1789 litteris Ignatii Merk.

Remiz (Ant.) Carn. de Commenda S. Petri, J. U. D. et Viennae Caesareo-Regiae aulae Advocatus et Principis Passaviens. Consiliarius typis mandavit:

Dissertatio juridica de justitia Placeti Regii. Vien. 1774, typ. Joan. Th. Trattnern, in 8. maj.

Repesch (Phil. Jac.) Carn. Reifnicens. Organista in Lovsh cantilenas populares composuit et typis edidit:

a) Romarsku Blagu. Tom. I. *b*) Drugu Blagu, tuje: 24 pesem, katere se zhes zeilu Lejtu tukej na krishni gorri pojô etc. Lab. apud Eger 1770, in 8.

Repeshiz, Repez et **Repiz** more illi seculo consueto (Andr.) vid. supra Rapizius.

Rerenberg (Carol. Joachim a) Labacens. e S. J. Seminario ad Ss. Rogatiani et Donatiani sub Praeside P. Joan. Barbolam e S. J. Phil. Doctore et emerito Professore Labaci universam Philosophiam propugnavit et typis mandavit:

Amicitia vindicata ex Mathiae Naldii Pamphilia. Lab. 1732, in 12.

Rith de **Gallenberg** (Blasius) e Comitatu Goritiensi, scripsit:

Comentarii della Guerra passata nella Friuli, e nei confini dell' Istria, e di Dalmacia. Tergesti 1629. Thalberg vertit in germanicum. vid. sub Lit. T.

Ritter seu **Vitezovich** (Pauli) de Segnia, Equitis aurati et Anglicae auratae Constantinianae militiae S. Georgii Equitis Cruciferi:

a) Joan. Weichardus Valvasor et Anna Maximilla Czetsekerin, sponsus et sponsa anagrammatice Effigiati, ac in nuptiali festivitate producti 1687. *b*) Apographum de Comitibus Corbaviae. Lab. 1681, in 4. *c*) In novum Illmi D. D. Joan. Weichardi Valvasor Topographiae Carnioliae librum carmina. 1686, in 4. *d*) Ad opus Descriptionis Ducatus Carnioliae ejusd. Illmi D. Auctoris Hrovatinka, in 4. *e*) Item Dalmatinka. Ibid. eod. an. et Fol. *f*) Ad librum Chronico-Topographicum ejusd. Valvasorii Lab. 1686, in Fol. sicut eidem Chronico sunt praefixa. *ff*) Ad Archiducalem Carinthiae Nympham de novo Illmi D. Valvasor. etc. Topographiae Carinthiae antiquae et modernae Carmen retrogradum, praefigitur ibidem. Norimbergae 1688. *g*) Vinculum ex Pindiis hortis. Lab. 1681, in 4. *h*) Novus Scander Beg. Vien. 1682, in Fol. dein in 4. reimpress. *i*) Nova Musa. Vien. 1682, in 4. *k*) Sacer Chorus. Vien. 1682, in 4. *l*) Columna Ecclesiae. Vien. 1682, in 4. *m*) Corona Lauro-Palmaris. Ib. eod. an. *n*) Pietas honorata. Item. Sicut et *o*) Nova Equestris imago. *p*) Oddilyenje Sigetsko (Descriptio Sigethi) Lincii, in 8. Part. IV. idiomate Dalmatino. *q*) Laurus Auxiliatoribus Ungariae Anagrammaton. Vien. 1686, in 12. *r*) Ungaria et Austria pullata Josepho I. Imp. et Hungariae Regi parentans. Tyrnaviae 1712, in 4. *s*) Stemalographia, sive armorum Illyricorum delineatio, descriptio et restitutio, dedicata Illmo et Excellentiss. D. Julio Frides. S. R. J. comiti Buccellenio, S. C. Maj. Camerario, intimo Consiliario, supremo Aulae Cancellario etc. 1701, in 4. sine loco edition. Ad Insigne Gentilitium Celtarum pag. 12. sic canit:

Serpebat quondam Gens Celtica more draconum,
Ipsa alias gentes ore cruenta vorans.
Ut serpens draco sit, serpentem devorat ante:
Sic damno alterius Celta parabat opes.

Ad Carnioliae pag. 13, sic:

Crescentem Lunam Jovis ales ad aethera perfert:
Coelicus huic color est: candida at illa rubet.
Crescentis populi et Superos pietate colentis
Carnioliae haec fato symbola facta putem?

Ita et de Japidiae scuto gentilitio eleganter aëri inciso descriptionem facit pag. 24. Istriae pag. 25. Liburniae pag. 26. Panoniae pag. 33. Slavoniae Danubianae pag. 44 et seqq. Styriae pag. 47. *t*) Kronika slavonico idiomate, in 4. *u*) Virtutes Coronatae, sive XIV. Heroes a D. Carolo VI. Imp. Romanor. Hispaniar. Rege aureo vellere coronati die 29. Martii Parnassi applausu celebrati, quas eisdem Heroibus Consecrabat, Sine loco et nomine typographi, sed probabilius Viennae, non Labaci librum impressum autumo.

Mss. ejusdem, quae Valvasor vidit et laudat lib. XII. pag. 90. Chronici quorum fors aliqua, me ignorante alicubi aliquando post jam lucem aspexerunt, sunt: *a*) Exercitium Poëticum ab an. 1676—77 conscriptum. *b*) Arae et foci Illyricorum. *c*) Regiae Cratiae (sic) lacrumae. *d*) Plorans Segnia. Libr. IV. *e*) Epistola Didus. *f*) Gloria muliebris. *g*) Centuriae aliquot Epistolarum familiarium. *h*) Artificiosa Poësis. *i*) Clincus et Triton, Dialogi lepidissimi. *k*) Poëta delirans. *l*) Triumphus amoris. *m*) Liber Epitaphiorum. *n*) Liber Epigrammatum. *o*) Budimyrus periclitans. *p*) Mausoleum Regum Croatiae. *q*) Nassa in Historicos Illyricos. *r*) De Regno Croatiae.

Rituale Aquilejense vetustissimum.

Rituale novum Labacensis Ecclesiae. Lab. 1700, in 4. quod an. 1775 ad usum Romanum accommodatum recusum est typis Egerianis, in 4.

Rocci (Francisci) celebris Concionatoris:

Predecca fatta nella Parochiale di Goritia, nell' Esequiae institute da quell' Illma Convocatione a Ferdinando secondo Augmo S. di Marzo 1637. In Trieste per Ant. Turrini 1637, in 4.

P. Rochus a S. Michaele Viennens. Augustinianus Excalceatus, S. T. Lector emeritus actualis Secretarius Provincialis, praeter alias Viennae impressas Conciones suas Labaci prelo commisit:

Die erniedrigte Hochheit der Kinder der Erde: und die erhöhte Niedrigkeit eines Sohnes des Himmels, eines 50jährigen Professen Cisterzienser Ordens zu Hochenfurt etc. Lab. apud Joan. Georgium Heptner, Provinciae typographum. 1760, in 4.

P. Rogerius Labacensis Capucinus, Concionator ordinarius edidit suas Conciones intitulatas:

Palmarium Empyreum, seu Conciones Carniolicae de Sanctis totius anni per Carnioliam celebrari solitis. Lab. apud Reichhard 1743, in 4. Part. II.

Rorarius (Hier.) Forojuliens. Clementis VII. ad aulam Ferdinandi Hungariae Nuntius orbi erudito innotuit:

Per suos II. Libros *a*) Quod animalia bruta ratione utantur melius homine; sed 100 annis post Ms. primo lucem aspexit, quando an. 1642 a Gabriele Naudaeo Parisiis, in 8. et 1729 melius a Georgio Henr. Ribow. Helmstadii in 8. novis typis editi sunt. Naudaeus adhuc unius alterius scripti hujus Rorarii meminit nempe: *b*) Orationis pro muribus adversus Nicolai Bestii edictum, quam Georg. Estor T. I. suarum exiguarum scripturarum inseruit.

Rorarius (Nicol.) Utini Medic. Doctor floruit medio seculo XVI. et suis scriptis inclaruit:

Contradictiones, dubia et paradoxa in libros Hippocratis, Celsi, Galeni, Aetii, Avicenae cum eorumdem conciliationibus. Venet. 1572, in 8.

Rosignoli (P. Caroli Greg.) e S. J.:

Electio amici, sive Tractatus pro bona contra malam societatem sodalitati B. M. V. Sub titulo in coelos assumptae in Archiducali Collegio S. J. Labaci erectae in Xenium oblatus a. 1727. Vien. typ. Ign. Dominici Voigt in 12.

Rosmann (Gotthard) Carn. Rudolphiwerdens. ex Ferdinandaeo et Joan. Paul. Calin Nobilis Adlersbergens. et Franc. Mich. Moll Crainburgens. AA. LL. et Phil. Magistri creati, quando emanarunt:

Marsilii Ficini Florentini epistolae selectae. Graec. 1706, in 12.

Rosmann (Matth.) vid. Fabianitsch sub Lit. F.

Rosolenz (Jac.) Canonicus Regularis S. Augustini, XVII. Praepositus Stainzensis in Styria, Ferdinandi II. Consiliarius intimus et aulicae Camerae Interioris Austriae Praeses, evulgavit:

Diarium und gründlicher Bericht von der in Jahren 1598 bis 1601 in Steyer, Kärnthen und Krain vorgenommenen Landesfürstl. Religions-Reformation. Graec. 1607, in 4. *b*) Anti-Rungius. Ibid. eod. an.

Rosetti (Franc.) teste Valvasor lib. XII. pag. 57. Chronici scripsit:

Theatrum tragicum, quod dein Zeilerus emendatius edidit. Ext. quoque Rosseti liber *b*) Plichto dell' arte dè tentori, che insegna tenger panni, tele, bambasi et sede, si per arte maggiore, come per la commune. Venet. 1548, in 4. quem cl. Beckmann in suae introductionis ad Technologiam pag. 107, edition. III. Goetting. 1787, laudat.

Rosseti (Marc. Ant. L. B. a) in Rosseneg etc. Labacensis, Ducalis Collegii Nobilium Parmensis Convictor habuit ex Jure disputationem publicam, sub qua distributus est liber:

a) Ex Jure iniverso, Decretalium, Digestorum, Codicis, Praxis, Theoreticae Criminalis et civilis, nec non consuetudinum feudalium decerpta Problemata. Parmae apud haered. Galeatii Rosati 1696, in 4. *b*) La sacra lega, overo Canti. Paduae 1696, in 4.

Rostern (Franc. Xav. de) vid. Morautscher sub Lit. M.

Rothe (Joan. Bernard. Levinus) Insignis Ecclesiae C. Majoris Glogoviae ad B. Virginem Canonicus et Protonotarius Apostolicus dixit coram Inclyta Natione Carniolica Viennae concionem:

7 heilige kraynerische Patronen — vorgestellet in 7 Haarlocken Samsonis. Vien. apud Schoenwetter Bibliopolam 1711, in 4.

Ruard (Vincent.) Nobilis Carn. defendit Graecii universam Philosophiam et distribuendum dedit:

Wilhelm Levis Geschichte des Goldes mit verschiedenen damit sich beschäftigenden Künsten und Arbeiten. Graec. 1779, in 8. maj. cum figur.

Rubeis (P. Bernardi Maria de) Ordinis Praedicatorum:

Monumenta Ecclesiae Aquilejensis comentario historico-chronologico-critico illustrata. Argentinae 1740, in Fol. *b*) Vita Georgii, seu Gregorii Cyprii Constantinopolitani graece cum latina interpretatione et notis. Accedunt *c*) Dissertationes II. historicae et dogmaticae cum binis epistolis ejusdem Cyprii. Vien. 1773, in 8. *d*) Dissertatio de Aquilejensi Ecclesia. Venet. 1732.

Rufinus Presbyter et Monachus Aquilejens. Torani, sive Turani (unde Turanius dictus) ad Concordiae civitatem, non procul Aquileja natus, studiis vacavit Aquilejae in monasterio cum S. Hieronymo, cujus primum amicus, dein aemulus extitit. † in Sicilia an. 410. Scripsit:

a) Apologia pro Origine certavit, scripsitque. *b*) Duas invectivas in Hieronymum a Gelasio Papa C. V. S. Romana. Distinct. 15 erroris notatas. Caeterum post versum. *c*) Josephum de bello Judaico (Josephi libros de antiquitatibus Judaeorum vertit Epiphanius Scholasticus, non Rufinus) Originalis habetur Mediolani (teste Calepino edit. Basilens. 1540, in Fol. ad verbum. Aquileja) ad S. Ambrosii fanum Longobardicis (Glagoliticis puto) caracteribus curiosis, sive cariosissimis scriptus. Item *d*) Versum Eusebium Pamphilum Caesarensem, cujus historiam Ecclesiasticam.

e) Libris II. auxit: sed in interpretationibus suis nimia saepe interpollandi auctoritate et libertate usus est. *f*) Explicationem symboli Apostolorum. Super quo Comentario legatur Erasmus ad 1. Cor. 15. Item *g*) Comentaria in Psalmos. *h*) Varias epistolas, quae vel inter opera S. Hieronymi, aut Eusebii, aut etiam seorsim extant. Basileae, litteris Frobenii 1544, in Folio edita. *i*) Sententias quasdam Sexti Philosophi Pythagorici vertit, quas Xysti Romani nomine edidit: et Annulum inscripsit; utique male, prout S. Hieron. Epist. ad Ctesiph. prodidit, et Gelasius Papa apocryphis adnumeravit. Anonymus Auctor operis. De vitis Philosophorum in Fol. temporibus nascentis typographiae Sexti meminit c. 110, sic: „Xystus Pythagori„cus Philosophus qui claruit temporibus Octaviani Imp. „scripsit librum sententiarum moralium notabilium, quem „enchiridion appellavit. Quem librum Rufinus Presbyter „claro sermone ad Amyanae cujusdam preces de graeco „in latinum transtulit.“ De quo libro S. P. Augustinus mentionem facit in lib. Retract. Liber hic saepe recusus, postremum, quantum scio, Amstelodami 1688, prodiit. *k*) Recognitiones Clementinas latinitate donavit, quae fide carent. *l*) Libros II. contra Appionem, ejus operum tomus editus fuit Parisiis 1550.

P. Rupertus a S. Regina Salisburgens. Augustinianus Discalceatus p. t. Senior Conventus Labacensis, ubi et an. 1727. †. Collegit:

Notata miscellanea diversa latina et germanica jocosa et seria, ex diversis historicis, Philosophis, Theologis prae diversis, praesertim Confessariis, Concionatoribus et Melancholicis pro consolatione, utilitate et diversione an. 1697: Labaci ad S. Josephi Ms. in Fol. tomis III. servatur in Bibliotheca conventus.

Ruppnig (Casparus) Presbyter curatus edidit: Ta Christusovimu terpleino posvezheni Post sa sakdanski Premishluvanje. Lab. 1773, in 8. Est P. Hevenesi Quadragesima sancta. Lege et vide, num P. Hevenesi emendaverit: vel dehonestaverit?

SIGMOTHECA.

Scrinium XVIII. sub Littera S.

a) Inscriptiones Urbis Patavinae sacrae et profanae. Patavii per Sardum 1649 et iterum 1654, in 4. quas postmodum Jac. Salomonius auxit et an. 1696. Paduae edidit. *b*) Territorii Patavini inscriptiones sacrae et profanae Patavii per Sardum 1654, in 4. *c*) Bibliothecae Venetae Mss. publicae et privatae. Utini per Schirattum 1650, in 4. *d*) Bibliothecae Patavinae Mss. publicae et privatae. Utini per eumd. 1693, in 4. *e*) Annales Canonicorum saecularium S. Georgii in Alga. Ibid. 1642, in 4. *f*) Parnassus Eugoneus. *g*) De tesseris hospitalitatis liber. Amstelodami 1670, in 12. ext. in Groenovii T. IX. Thesaur. antiquit. Graec. pag. 213. *h*) Petrarcha redivivus. Patavii apud Paul. Frambottum 1650, in 4. Petrarchae cognomen an aspirandum sit ext. Responsis Liceti T. III. pag. 178. *i*) Dilucidatio Manus aeneae Cecropii votum referentis apud Groenov. l. cit. T. X. pag. 657. *k*) Vita Laurentii Pignorii. Amstelod. per Frisium 1669, in 4. quae cum Pignorii Originibus Patavii in Groenov. Thes. antiq. et histor. Italiae T. VI. P. III. reperitur. *l*) Cassandrae fidelis epistolae cum ejus vita, ext. in Christoph. Gryphii vitis selectis. *m*) Vita Guidonis Pancirelli, ext. in Jac. Frid. Leichkeri collection. vitar. *n*) Vita Marci Ant. Peregrini. *o*) Gymnasium Patavinum. Utini per Nicolaum Schirattum 1654, in 4. *p*) Laurae Ceretae epistola cum ejus vita. *q*) Illustrium Virorum Elogia iconibus exornata. Patavii per Pasquardum 1630 et Tomus II. Ibid. 1644, in 4. *r*) Titus Livius Patavinus, seu vitae ejus descriptio. Amstelodami per Andr. Frisium 1670, in 12. *s*) Oratio de D. Hieronymi laudibus. *t*) Cenotaphium Maximi Turani. *u*) Sinodo dioecesano di citta nuova. *v*) Historia della B. Virgine di monte Ortone. *w*) Prodromus Athenarum Patavinarum. *x*) De Donariis et tabellis votivis veterum liber ext. in Groevii Thesaur. antiquit. Roman. T. XII. pag. 737 qui liber Thomasino Episcopalem Infulam meruit. Putant quidam, quod a Joanne Rhodio hic liber sit compositus et Thomasino suo sub nomine edendus commissus; ast stylo Rhodii, qui multo elegantius Thomasino scripsit, minime convenit. *y*) Relatio de sudore imaginis Patavinae S. Philippi Nerii ex italico ext. in Bolland. T. VI. pag. 649 mense Martio. *z*) Miracula B. Beatricis Atestinae ex italico, ext. Ibid. T. II. pag. 602.

Thomaso d'Aquileja:

Della Guerra d' Attila. Ferrare per Francesco de Rossi 1568, in 4.

Thulner (P. Joan. Bapt.) e Soc. J.:

Memorabilia Orbis et Urbis Goritiae prout innuit Thalberg in Epitome.

Tibaldi (Carol.) Praenobil. Carn. Karstens. et D. Ant. Obraesa Cirknicens. et Joan. Paul. Koppaunig Carn. Cranauens. Theologiae Auditores AA. LL. et Phil. Magistri creati, quando prodiit:

Series Regum Angliae. Graec. typ. Widmanstadian. 1731, in 12.

P. Tobias a Nativitate B. V. Mariae Viennens. Augustinianus Excalceatus Concionator emeritus, p. t. Prior ad S. Josephi Labaci typis mandavit:

Lob- und Dank-Fest beym wirklichen Instalationsakte im Temporalibus Euer Hochfürstl. Gnaden Ernesti Amadei des H. R. R. Fürsten und Bischofs zu Laybach Grafen von Athems etc. etc. Lab. apud Ad. Frid. Reichhardt 1743, in Fol. tacito nomine.

Tomasin (Thom.) Carn. Birkendorfens. AA. LL. et Phil. Doctor creatus Viennae, quando prodiit libellus:

Placita Physica de motu transspirationis. Vien. 1723, in 12.

Tomichich (Franc. de Paula) S. T. D. Praesidis et Directoris studiorum in Universitate Graecensi:

a) De fontibus Theologiae moralis. Graec. in 8. *b)* Allerunterthänigste Zuneigungsschrift an Ihre kaiserliche königliche apostolische Majestät, welche vom Hrn. Praeses und Direktor der theologischen Fakultät in Grätz seinem Buche: Synopsis Doctrinae in praestito ex Ecclesiastico tentamine propugnandae im Jahre 1773 vorausgestellet, und nun von einem seiner Freunde in das Deutsche übersetzt worden. Graec. apud Widmanstaetterianos haeredes in 8. maj.

Treuer Gefährt auf der glückseligen Reiss in die freudige Ewigkeit: oder 12 Marianische Weg um Erhaltung einer glückseligen Sterbstund. Lab. 1713, in 8.

Tropper (P. Joan. Nep.) Labacens. ex Ordine Minor. strictioris Observantiae S. Francisci Provinciae S. Crucis Croatiae Carnioliae alumni, S. T. Lectoris et Provincialis emeriti:

Tractatus II. in quibus impedimenta Matrimonii contractum impedientia et dirimentia explanantur. Monachii 1753, in 8. Part. II.

Trost (Andr.) Iconographus Provinciae Carnioliae: Tabulas topographicas in Chronico Valvasorii aeri insculpsit; item Iconem B. V. Mariae in Michaelstaetten et alias quasdam.

Trost (Joseph) vid. Gallizhizh sub Lit. G.

Truber, vulgo **Truper** (Primus) Carn. in pago Posterliz (sic) tribus milliariis Labaco dissito an. 1508 natus, studiorum suorum humaniorum tempore pane emendicato vivebat a. 1527 vero a Petro Bonomi Episcopo Tergestino inter Choraules assumtus, a. 1542. Concionator et 1547. Canonicus est factus: vel prout ipse in epistola 1576 in Carnioliam missa se subscripsit et biographiam suam texuit: Canonicus Labacensis emeritus, legitime vocatus, praesentatus et confirmatus Parochus Locopoli, Ratschachii, Tiberini et ad S. Bartholomaei in campis: Capellanus ad S. Maximilianum Cilejae, Slavonicus Praedicator Tergesti et post primam persecutionem Praedicator Rothenburgi ad Tauberam, Parochus Campidunensis et Auracensis, posthac Praedicator Statuum Inclyti Ducatus Carnioliae et Comitatus Goritiensis, ac Rubiae, post secundam persecutionem Parochus in Lauffen et jam p. t. in Derendingen et Tubingae in apostasia et haeresi † an. 1586. Edidit:

a) Serbski Katechismus. Tubingae 1561. Caesari dedicatus a Primo Trubero, Steph. Konsul et Georg. Dalmatino, prima proba Cyrillici typi. *b)* Hervatski Catechismus litteris Glagolitcis. Lublini 1580 cum Salomonis Proverbiis ext. Hafniae in Biblioth. Regia. *c)* Novi Testament Gosp. nashiga J. Christusa. Tubing. 1562, in 4. II. Partem Epistolarum Pauli emendatiorem edidit Tubing. 1582 quam cl. Dobrowsky vidit in Biblioth. Goetting. *d)* Slavenski Catechismus. Lab. Item. *e)* Evangelia inu Listovi na Nedele inu Prasnike. *f)* Psalterium, ali Davidov Psalter, quod postmodum recusum est Zagrabiae in 8. *g)* Libellus Cantionum Ecclesiasticarum teste Frischio. *h)* Formula Concordiae. *i)* Rituale Ecclesiae Evangelicae. Viennae. *k)* Loci communes Theologiae. *l)* Examen Melanchtonis. *m)* Postilla Lutheri (Spangenbergii potius) seu Postilla M. Luthera od Primasha Truperja Ordines et Status Carnioliae in II. Partib. Tubing. 1595, in 4. prelo submitti curarunt. Valvasor putat omnes Libros Truberi litteris Latinis Labaci fuisse editos, cui adstipulatur cl. Frischius Rector Berolinens. in suis Tentam. historiae linguae Slavon. Continuat. II. At contradicunt libri II. in Biblioth. Augustinianor. Excalceat. Conventus aulici Viennae nempe: sub hoc titulo litteris Glagoliticis impresso et hic latinis reddito. *n)* Spovid inu sposnanje prave Kristyanske vire, kira je premozhnemu Cesaru Karlu petomu Rimskega Orsaga Ploditelju v' Spravishu va Avgusti sruzhena bila v' godishzhu 1530. V' Tubingi, M. D. LX. IV. in 8. *o)* Bramba Avgustanske Spovedi: Apologia imenuvana virno tolmazhena is latinskoga jasika etc. Ibid. eod. an. et form. Ubi tamen ante an. 1575 typographia Manlii Labaci instructa necdum extitit. Fors Manlius suos priores extra Labacum impressit et honoris gratia, vel commendationis Labaci, quo advocatus fuerat, affinxit.

Truberi filius Felicianus studuit inter alumnos Ducales Tubingae et post secundum Patris in Carniolia reditum factus est Praedicator Evangelicus Labaci, cujus tamen progenies ad Romanae Catholicae Ecclesiae sinum rediit et Troper vocari maluit.

Tschandeck (Ferdin.) Carn. Rudolphiwerdens. saluberr. Medicinae Auditor et Joan. Bapt. Shigan Cropens. AA. LL. et Phil. Magistri et Doctores Viennae creati sunt, quando distributus est liber:

Placita Physica de Sympathia et Antipathia. Vien. apud Schwendimann 1724, in 12.

Tschandick (P. Joan.) Carn. Weixelburgens. e Soc. J. Labaci primum Concionator, demum, cum Graecii epidemicis assisteret, ipse epidemia infectus † 1624 evulgavit:

Catechismus Petra Canisia, tuje: Christianski Nauk 1618, in 12. Cujus cum jam nullum exemplar amplius haberi potuisset, illud nova editione excudi fecit P. Marcus Viennae vid. sub Lit. M.

Tschebulz (Franc. Xaverii) Carn. Rudolphiwerdens. Med Doctoris:

Dissertatio de Ictero. Vien. 1785, in 8.

Tschockel (Ant.) Carni Presbyteri secularis et in Academia Labacensi Logices et Metaphysices Professoris publici et ordinarii:

De principiis identitatis. Lab. typ. Egerianis 1776, in 8.

Tunkelsteiner (R. D.) Parochus Gurkfeldae et Haselbaci collector:

Antiquitatum et veterum Numorum erutorum. Vir curiosus et in perfestigandis antiquitatis monumentis indefessus laudatur a Valvasorio lib. V. Chronic. pag. 259. Dolendum, quod ejus collectiones ab imperitis ea aetate perperam distractae sint.

Turre (Philip. a) natus 1637 in Foro Julii civitate J. U. et Med. D. deinde in urbe patria Canonicus, exinde Romae membrum Congregationis de propaganda fide, per sexennium Ferarae Auditoris munere functus a. 1702. Adriae Epi copus creatus et ibi 1717. † Post ejus obitum fratris sui filius seqq. Mss. evulgavit:

a) De annis Imperii M. A. Eliogabali, ac de initio imperii Alexandri Severi Dissertatio apologetica in Part. II. addita Auctoris vita antea a Justo Fontanino edita, nunc notis aucta. Item F. Frecii Veronensis oratio in funere

Auctoris cum Virginio Walsechio et Joanne Vignolio propter annos Heliogabali eruditum certamen certavit. *b*) Epistola ad Clerum et populum Adriensis Ecclesiae, seu Dioeceseos ext. in Giornale de lettorati. *c)* Lettera intorno alla Generazione de vermi reperitur in Vallisnieri Osservationi intorno all' ovaja scorpeta ne vermi. *d)* Epistola de quodam phaenomeno in Eclipsi solari observato, quam Poleni suae observationi solaris eclipsis habitae a. 1715. Patavii inseruit. *e)* Lettera sopra un Inscrizione registrata in lettere antiche nella logia incombustibili, quod opus in Montfauconis Diario italico habetur. *g*) Explicatio Taurobolii antiqui, quod in Sallengre novo Thesaur. antiquitat. Romanar. T. III. legi potest. *h)* Epistola de Romano monumento ext. in Diar. Montfauconis pag. 450. *i)* Monumenta veteris Antii. *k)* Dissertatio de Deo: Belleno et aliis Diis Aquilejensibus. *l)* Dissertatio de Colonia Forojuliensi. Romae per Cajetan. Zenobium 1700, in 4. Haec duo postrema opera extant etiam in Thesaur. antiquit. et Historiar. Italiae. Vitam ejus praeter supra memoratum Fontanium quoque Hieronymus Lioni conscripsit, quae in Giornale de Litterati habetur.

Turrianni (Castonius, sive Cassonius) Patriarcha Aquilejensis antea, quam suam Cathedram occupasset, Florentiae † et sepultus est an. 1300. De hoc ext.:

a) Epistolae quaedam in P. Rubeis T. I. c. 84. Monument. Aquilejens. *b)* Ad Henricum Comitem Goritiae et Tyrolis Affinem suum. *c*) Ad Beatricem Goritiae et Tyrolis Comitissam consanguineam suam. *d*) Ad Contesellum Mainardum nepotem suum.

Turriani, seu **de la Torre** (Raymund.) Mediolanens. ex Episcopo Cumano Patriarcha Aquilejensis celebravit Synodum Provincialem an. 1282 cujus

a) Acta in lucem protulit P. de Rubeis c. 79. Monum. Aquilejens. *b)* Synodi Aquilejensis a Raymundo celebratae constitutiones in Fol.

UPSJLONTHECA.

Scrinium XX. sub Littera U.

Valvasor (Joan. Waichardi a) L. B. a Galleneck et Neudorf, Dni in Wagensberg et Lichtenberg, Inclyti Ducatus Carnioliae inferioris Circuli Capitanei peditum, Regiae Anglicanae Societatis membri, † an. 1693 aetat. suae 54:

a) Passions-Büchlein. Lab. 1679 cum figuris, quas aeri incidit Joan. Wiriex et Wagensbergae impressit. *b*) Topographia Ducatus Carnioliae modernae, das ist: Kontrafeyt aller Städten, Märkte, Klöster etc. des Herzogthum Crains in ihrem heutigen Stande in Fol. cum figuris Wagensbergae an. 1679 impressis, quos dein in Chronic. suum translulit. *c)* Topographia arcium Lambergianarum, Castellorum etc. in Carniolia ad vivum iconizatarum cum figuris loc. cit. 1679 impressis in Fol. et in 4. *d*) Metamorphosis Ovidiana cum figuris, sub quarum qualibet latina carmina subjecta leguntur. Impress. Wagensberg. 1680, in Fol. *e)* Topographia Archiducatus Carinthiae, Salisburgensis, id est: Episcopatus Praepositurae, civitates, oppida etc. quae Archiepiscopatus in Carinthia possidet. Wagensberg. 1681, in Fol. *g*) Theatrum mortis humanae tripartitum. Pars I. Saltus Mortis. P. II. Varia genera Mortis. P. III. Varia tormenta damnatorum. Lab. 1681, in 4. cum figuris. *h)* Charta geographica Carnioliae per Circulos. Wagensb. 1684, in 4. Chronico post modum inserta. *i)* Charta Geographica Carinthiae aeri incisa. Wagensb. 1685, in Fol. omisso nomine. *k*) Charta geographica Croatiae. Ibid. 1688, in Fol. *l*) Topographia Archiducatus Carinthiae cum figuris. Norimberg. 1688, in Fol. *m*) Ehre des Herzogthum Crains, oder historisch-Topographische Beschreibung des Herzogt. Crains. Nürnberg und Laybach 1689, in Fol. Vol. IV. *n*) Lacus Cirknicensis rarissimi Carnioliae Cimelii potiora phoenomena etc. ext. in Actis Eruditor. Lipsiens. an. 1689 mense Decembri a pag. 634—644.

In Mss. reliquit:

a) Satyrischer Ovidius in 12. cum 170 et amplius figuris delineatis. *b)* Flos Physico-Mathematicus. *c)* Lumen naturae. Tomis VI. in 4. nempe: T. I. de vitro. lib. X. T. II. de Pasta. lib. X. T. III. de Colore lib. X. T. IV. de sympathia et antipathia lib. X. T. V. de fuco. lib. X. T. VI. de Medicina et Chymia lib. X. Quae opera, dolendum, quod morte praeventus publicae luci transmittere nequiverit. Dolendum tanto magis, si mala monte periere; nam si etiamnum alicubi extarent, non persuadeor, tam erudita et multo respectu utilia opera tamdiu permitti latere sub umbris. Nihil ego de his pretiosis Mss. vidi: nihil pervestigare valui, nisi fors Placite Physica de Sympathia et Antipathia superius ad memoriam D. Ferdin. Tschandeck insinuata inde fuerint extracta.

Valvasor (Wolfg. Franc. a) L. B. de Wildeneck, Academicus Operosus Labacensis dum Inclytum Collegium Juridicum Labacense panegyrico applausu annuos honores recoleret, panegyrin dixit inscriptum:

Centrum universi in puncto Juris, demonstratum ex codice vitae S. Ivonis J. U. D. et Advocati ad L. Omnium. C. de Testament. et in erecto sub Aemonae Pergamis Odaeo S. Rosaliae ad aram Sanctae promulgatum. Lab. typ. J. G. Mayr 1710, in 4. Odaeum hoc tempore Josephi II. Augmi. et Invicti Imp. demolitum est.

Udalricus Patriarcha Aquilejensis circa an. 1060 scripsit:

Epistolas, *quarum VI. in Petzii et Hueberi codic.* diplomatic. leguntur.

Udine (Joanes de) vid. Joan. de Udine sub Lit. J.

Vega, vulgo **Veha** (Georgii) Carni, Centurionis et Mathematum Professoris apud secundam Caesareo-Regiae Campestris tormentariae militiae Legionem:

a) Logarithmische, Trigonometrische und andere zum Gebrauche der Mathematik eingerichtete Tafeln und Formeln

Vien. apud Joan. Thom. Nobilem de Trattnern 1783, in 8. maj. *b*) Vorlesungen über die Mathematik. Erster Band, welcher die allgemeine Rechnenkunst enthält. Ibid. 1782, in 8. maj. *c*) — — Zweyter Band, welcher die Geometrie, die ebene und sphärische Trigonometrie, die Anfangsgründe der praktischen Geometrie: eine Abhandlung von den krummen Linien und die Differenzial- und Integralrechnung enthält. Ibid. 1784, in 8. maj.

Venusti (Ant. Maria) Tergestini Med. Doctoris: 28 Consilia Medicinalia in 4. postmodum Venetiis 1571 a. Joh. Lautembachio Phil. et Medic. Doctore apud Francofordienses aucta, edita Francofort. typ. Wolfg. Richter 1604, in 4. Laudo Virum integerrimum Lautembachium, qui operis Auctori laudem et honorem non suffuratur, sed aperta in fronte nomen Auctoris magnanimiter ponit hac non modica gloria contentus, quod opus praeclarum, cujus exemplaria rarescere incipiebant, quibusdam de suis additis secundis typis illius opera ad publicam promoverit lucem.

Verbez (Alexander) edidit testante Valvasor in Chronic. libr. VI. pag. 352:

Annotationes et Axiomata Physica.

Verbezius (David) Labacens. Medic. Doctor sequentis filius et consulis Labacensis frater quia Lutheri dogmata professus, Carniolia exesse jussus, Augustam Vindelicorum primum, dein Spiram se contulit, ac demum Ulmae sedem fixit. Ulmenses, qui ejus medendi artem, peritiamque suspexerant, ejus effigiem aeri incidi fecerunt an. 1615. Edidit:

a) De Logica libros II. Ulmae in 4. *b)* Disputationem de temperamentis. Campoduni 1598, in 4. *c)* Pro Raymundi Mindereri Medici olim Augustani disquisitione. *d)* Jatrochymica de Chalchanto ad Dodecaporii Chalcantini Petri Bastelli Philosophi et Medici Romani partem priorem Responsionem, qua simul Aetii Cleti Signini Medici Disputatio de Chalchanto in Raymund. Mindererum potissimum Romae editum examinatur. Prostat Aug. Vindelicor. apud Sebast. Mylium Bibliopolam Anno salutis MDCCXXVI, in 4. Item Argentorati 1633, in 4. *e)* Tractatus de Peste. Campoduni 1617, in 4. *f*) Exercitationum Medicarum super dispositione quadam de Peste. Campod. typ. Christoph. Kraus 1618, in 4. *h*) Homo, non homo, sive monstrum Tubingense, ob virulentissimam, quam spiravit, auram legitime dissectum et evisceratum a Davide Verbezio etc. Campod. 1618, in 4. *i*) Disputationes de Peste. Augustae Vindel. 1618, in 4. Scripsit praeterea alia opuscula, quae vel edita non fuerunt, vel oculos, inquisitionemque meam effugerunt.

Verbezius (Joan. Bapt.) Carn. Medic. Doctor pro sua inauguratione edi curavit librum:

Disputatio de natura et usu acidularum. Vien. 1661, in 4.

Verbezius (Joan. Steph. de) Carniolus studuit Missniae et Lipsiae ubi Philosophiae Magister est creatus. Lipsiae, an. 1630 fuit Professor Poëseos, sed *1631* sub praetextu itineris inevitabilis Lipsia abiit, necdum rediit, scripsit:

a) Dissertationem de arte Poëtica. *b)* Panegyricum magisterialem carminice. *c)* Initia, seu Epigrammatum libr. II. cum *d*) libello miscellaneorum. *e*) Joan. Henrici Ernesti orationem de Professoribus Poëticis in Academia Lipsiensi pariter typis mandavit. *f)* Corpus Juris Hungarici. Tyrnaviae 1696, in Fol. Voluminib. III.

Vergeriis (Joan. Bapt. de) Justinopolitanus transiit ad Lutheri partes et Stuttgardiae Professorem linguae Italicae egit. a. 1702 scripsitque:

a) La bilanzia politica, post hac in germanicum: politischer Kompass versum. *b*) Mercurius triceps. *c)* Dissertationes civiles et Mss. plura inedita.

Vergerius (Hieron. de) Nobilis Capodistrianus Medic. Doctor et an. 1655. Paduae ejusd. Professor publicus constitutus est, in quo munere praeclari meritus est nomen; sed an. 1678 moerore, quod improlis viveret, confectus †. Ejus opera habentur:

a) Praelectiones in Avicenae libr. de Febribus. *b)* In artem medicinalem Galeni. *c*) Tractatus de Urinis. *d)* Syntaxis medica mentorum omnium, tum internorum, tum externorum. *e*) Medicinae Fontes. *f*) Chirurgia et Pharmacia universalis. Vid. Papadopoli Histor. Gymnasii Patavini.

Vergerius (Petr. Paul. de) Nobilis Justinopolita Paduae Logices Professor publicus ubi Philosophiae, Medicinae et J. U. D. creatus fuit. Legatione cum Zabarella ad Sigismundum Imp. et ad concilium Constantiense perfunctus: sed defuncto Zabarella Sigismundo adhaesit, ac cum eo an. 1416 ad Hungariam ire perexit; demum a. 1428. † reliquit orbi:

a) Epistolam de vita et obitu Zabarellae, cujus funeralia curabat Muratorius. *b)* De ingenuis moribus et liberalibus studiis. *c)* Historiam Principum Carariensium, ext. in Muratorii tom. XIV. suorum Scriptor. rerum Italicar. *d*) Petrarchae vitam, quae in Thomasini Petrarcha redivivo ext. *e)* De D. Hieronymo orationem quae plerisque operibus S. Hieronymi praefigitur. In Mss. reliquit: *a*) Historiam Principum Mantuanorum, quae probabilius, me ignorante, jam alicubi ext. *b*) Commentaria in Timaeum et in libros Platonis de republica. *c*) Vertit primus Arianum de gestis Alexandri Magni in latinum.

Vergerius (Petr. Paul. de) Junior Justinopolitanus, J. U. D. interfuit auctoritate Nuntii Papae ornatus Comitiis Wormatiensibus, in quibus

a) Orationem de unione et pace Ecclesiastica peroravit, quae prelo digna visa fuit. Non multo post nuptias celebravit; defuncta vero conjuge statum Clericalem arripuit et Romam petiit ad suum fratrem Antonium, qui apud Clementem VII. plurimum valuit: quo et Papa multis in negotiis, litibusque Religionis, propter ejus singularem dexteritatem usus fuit. Cum Luthero quidem coram tractavit omni cum contentione, sed nihil effecit. Dein Episcopus Modrussensis, ac mox *an. 1536. Justinopolitanus*

creatus est. Jam ei purpura Cardinalitia parabatur, cum lectione librorum Neotericorum, eorumque affabili stylo seductus, ad Lutheri sectam defecerat, ac Patriam deserere, Mantuamque, Venetias, atque in Rhaetiam fugere coactus fuit, ubi apud Valtelinos Praedicantem egit. Ex Helvenetia venit a. 1553. Tubingam, ubi miseram vitam vixit et a Duce Wittembergico, seu pauper et inops est sustentatus. Vivere desiit a. 1565 in anxietate et tortura mordentis conscientiae. Alia ejus scripta sunt: *b)* Tomus operum adversus Papatum. Tubingae 1563, in 4. nec secundus secutus est. *c)* De Republica Veneta. *d)* Dodeci tratelli. Rarissimi sunt et Anonymi prodierunt. Praeterea sub nomine Bonino de Boninis sunt quaedam ejus. *e)* Epistolae editae. *f)* Ordo et Ratio Pontificis eligendi. Tubingae 1556, in 4. *g)* Historia di Papa Giovanni VIII. che fu femina. *h)* Della camera et statua della Madona, chiamata di Loreto, quem librum ejus Patruelis Ludovic. Vergerius sub hac epigraphe: De idolo Lauretano in latinum transtulit. *i)* Le otto diffessioni del Vergerio, overo trattato della superstitioni d'Italia, e delle ignoranza de Sacerdoci, quae Coel. Sec. Curio publici juris fecit. *k)* Concilium non modo Tridentinum, sed omne Papisticum fugiendum est. *l)* Catalogus haereticorum. Romae 1559 conflatus, cum suis annotationibus recusus.

Verhovitz (Josephi) Carn. Labacensis Medic. Doctoris:

Dissertatio de Nastologia Vien. 1777, in 8.

S. Victorinus Pictavionensis, melius Petabionensis, nunc Petoviensis Panonius, ad Dravum fluvium, in Styria inferiore, olim in superiore Panonia Episcopus et Martyr scripsisse legitur:

a) Comentarium in Apocalypsin, lege Biblioth. Ss. Patrum edit. Lugdun. T. III. pag. 414. Scio, ait Fabricius in Biblioth. latina Hamburg. per Vid. Schilleri 1721, in 8. pag. 729 plerosque illum huic Victorino abjudicare: sed fieri potest, ut partim illius sit: partim alterius: sive ab aliis interpollatus, quod judicium est Launoii pag. 50. Diss. de Victorino Episcopo, Parisiis per Martini 1653, in 8. et iterum 1664. *b)* Tractatus brevis de fabrica mundi sub Victorini nomine evulgatus a Doctore Caveo in Histor. ad calcem S. Cypriani, edit. Felli, ac cum Gretseri de Cruce pag. 2463. *c)* Carmina, quae Victorini nomine circumferuntur antea, quam legas, vel probes, Labbeum consule. Passus est S. Victorinus sub Diocletiano 2. Novembr. an. 303, ut habet Pagius in Criticis. Scripta hujus Gelasius Papa eo, quod errorem Chiliastarum, quem nondum ab Ecclesia damnatum Victorinus fovebat, inter apogryphia reponit. Correxit hunc errorem supramemoratus Comentar. in Apocalyps.

Vieh-Ordnung Anno 1729 und 1730 grassirten Viehes-Umfall zum Nutzen deren Herrschaften und Unterthanen. In Crain und aller Orten kundtig erreignenden Seuchen, oder so genannten Vieh-Stauppen zu gebrauchen: Von einer Lands-Fürstl. hohen Obrigkeit herausgegeben. Layb. bey J. Georg Mayr einer löbl. Landschaft in Crain Buchdrucker und Händler, in 4.

Vidmayr (Joan.) vid. Moraulscher sub Lit. M.

Vita et Conversio S. Brunonis metrice concinnata. Lab. 1717, in 8.

Umfohregg (Maximil.) vid. Gallizhizh sub Lit. G.

Vlach (Joan. Aloys.) Carni Castuani, J. U. D.:

a) De Discrimine inter feuda Imperii et regias donationes in Hungaria. Pestini 1790, in 8. dedicavit S. R. J. Comiti de Zapara. *b)* Abhandlung über den Wucher nach Grundsätzen des Natur-Staatsrecht und politischen Wissenschaften in einer mathematischen Methode verfasst. Pestini et Vien. 1790, in 8. maj.

Vodnik (P. Marcellian.) Carn. Schiskanus. Ordinis Minor. Observant. S. Francisci Reformator. talentum suum in Poësi Carniolica probavit sequentibus:

a) Mila Pesm pejta P. Marku Avgushtinarju Diskalceatu sa odhodno, kader je v' lejtu 1775 is Lublane na Dunej shl. *b)* Kraynske Modrine (Academiae) shaluvanje nad smertjo Marie Teresie premodre Zesarize etc. Lab. typ. Egerianis, in 8. maj. extat. quoque cum priore et sequentibus. *c)* sadovoln Kraynz, *d)* Klek in collectione elegantiorum litterarum Carniolicar. vid. P. Joan. Damascen. sub Lit. J.

Voerwetz (Joan. Mich.) fictum, vel assimilatum nomen, sub quo prodiit liber sub hoc titulo:

Dem Fürstbischofe zu Laybach abgelegtes öffentlich, und aufrichtiges Glaubensbekenntniss Hanns Michels Vörwetz einer Landesfürstl. Hauptstadt Laybach im Herzogthum Krain Bürgers. Gradetzi 1783, in 8. Liber genuinae Catholicae populum tamen ita commovit, ut prela Carnioliae pro faciendo et alteri praeripiendo quaestu vix sufficerent, reimprimendo, atque unum exemplar pro 30 xr. vendendo, quod primum pretio summo pro 6 xr. submissum erat.

Vogrin (P. Benedictus) Carn. Osterbergens. Augustinianus conventualis, S. T. Baccalaureus, Prior Labaci emeritus †. ad Ss. Trinitatis in collibus Vindicis 23. Octobr. 1712 typis mandari fecit:

8 Predigen von heil. Joannes a S. Facundo, so zu Grätz 1691 als desselben Heiligsprechungs-Feyerlichkeit begangen wurde, bey grossem Zulauf des Volks vorgetragen worden sind. Clagenfurti apud Math. Kleinmayr 1692, in 4.

Utino (Joan. de) vid. Joan. de Udine sub Lit. J.

Uwitz (P. Stephan.) Carn. Seisenburgens. Ordin. Cisterciensis in Landstrass Professus, Rdmi D. Abbatis Secretarius, deinde Parochus, jussu Abbatis sui scripsit:

Landstrassensia, seu Relatio de monasterio in Landstrass ad Fontes Marianos in Carniolia exemti Ordinis Cisterciensis ex archivio Provinciae Carnioliae collationata cum Originalibus, quae P. Marianus in suam Austriam sacram fideliter transscripsit Part. III. T. V. pag. 102 et pag. 449. Item Part. IV. T. VII. pag. 235.

WODJLTHECA.

Scrinium XXI. sub Littera W.

Waldau (Georg.):

Geschichte der Protestanten in Oesterreich, Steyermark, Kärnthen und Krayn. Tomis II. Onolsbaci 1784, in 8.

Walter (Carol. Erhardus) Labacens. Preybyter secularis, Caesareo-Regiae Schillinganae Fundationis ad S. Petri extra muros Labacenses Curatus, Agrariae Societatis in Carniolia membrum Mechanicae et Matheseos studio valde addictus, sed pro Agricultoribus duntaxat scripsit:

Zwey leichte und einfache Mittel, die Rauppen von dem Kappiskraut und weissen Rüben zu vertreiben, eine Piece, ext. in Laybacher Kundschaftblat den 15. Heumonats 1775, in 8.

Warnefridus a plerisque male; melius Winfridus vocatur, quaere Paulus Diaconus sub Lit. P.

Weber (Zacharias) scripsit:

Unterricht vom Gebrauch der Zylinder. Ms. ext. in 4. Biblioth. Auerspergiana Labaci.

Wegleiter (P. Christophori) e S. J. Labaci altiorum Professoris publici et in Gymnasio Labacensi Decani Venerabilis:

Ehren-Ruf auf den Hr. Verfasser der Ehre des Herzogthum Crains. Layb. 1688, in 4. quod Valvasor suo Chronic. in fronte inseruit.

Weibel (P. Castuli) Carni Ord. Minor. strictioris Observantiae Phil. et S. T. Lectoris, Guardiani, dein Provinciae Styriae et Carnioliae Provincialis emeriti:

a) Propositiones ex universa mentis, sensuum et morum Philosophia. Lab. litteris Egerianis 1770, in 8. *b)* Dissertatio dogmatica de Confessione. Lab. in 8.

Weinacht (Paulus) Labacens. AA. LL. et Phil. ac S. T. D. postmodum Congregationis Oratorii S. Philippi Nerii Viennae ad Oratorium Ss. Trinitatis Praepositus, ac per Josephum II. Imp. dissoluto oratorii Congregatione in Ecclesia Monalium de Visitatione S. Francisci Salesii Confessarius imprimi curavit librum inscriptum:

Generalis temporum notio, brevissime exhibens vicissitudinem rerum humanarum a Christo nato usque ad nostram aetatem. Auctore Ludovico Danes Casletano. Vien. 1749, in 8.

Weinmann (M.) Calcographus rudi stylo aeri incidit concernentia:

a) Lacum Cirknicensem in Stembergii libro. *b)* Litteras Glagoliticas et Cyrillicas in Grammatica Carniolica P. Marci; praeterea *c)* Papae Pii IV. Labacum pertranseuntis effigiem, sicut et *d)* Magni Principis Russiae Pawlovitsch, ejusque Conjugis in umbra effigies, quando pariter Labacum pertransierunt et quaedam alia ejusd. momenti.

Welt-Ruf (Heiliger gemeiner) durch Privat-Andacht in sieben Tag-Zeiten ausgetheilt gegen den H. Joannem Nepomucenum. Lab. per J. Georg. Mayr 1706, in 8.

Werdnick (Ant.) Carn. Locopolita. Medic. Doctor, Physicus Labacensis:

a) De Medicina simplici vera. Vien. typ. Sonnleitnerianis 1779, in 8. *b)* Gerhardi L. B. van-Swieten orationem de Medicina simplici et vera, habitam 1779, in 8.

Werloschnig a Perenberg (Joan. Bapt.) Vindi Prasbergensis, Medic. Doctoris, Physici primarii supra Anasum in Austria, mox Riedensis in Bavaria, inter Academicos Operosos Labacenses dicti: Facundus

a) Curationis verno-autumnalis purgationi, venaesectioni, vomitioni insistentis abusus. Francofurti 1713, in 8. ext. in Miscell. Naturae curiosor. et recensetur in Physic. oeconomica Bibliotheca Goetting. 1771. *b)* *Λοιμογραφια*, seu historia pestis, quae ab an. 1708 ad an. 1713 inclusive Transylvaniam, Hungariam, Austriam, Pragam et Ratisbonam, aliasque conterminas Provincias et urbes progrediendo depopulabatur, per epistolas — adumbrata. Styrae 1716, in 8. Hujus in persanandis Welsae infirmis collega Medicus fuit Ant. Lojgk. *c)* Neu eröffneter Wasserschatz. Lincii 1709, est Dissertatio de thermis Laskoviensibus, seu Ladislai in Bohemia. *d)* Chiron Praenobili, Excellentiss. et Clariss. Authori D. Marco Gerbezio primo suae praxeos Informatori fidissimo cecinit. Lab. 1699, in 4. et Gerbezius suo operi praefixit. *e)* Praefatio ad an. 1699. Chronologiae medicae D. Marci Gerbezii. Lab. 1702, in 4. *f)* Allusio ad symbolum D. Marci Gerbezii, ut Academici Operosi Labacensis, cum ejusd. vivae effigiei repraesentatione. Lab. 1700, in 4.

Werneg (Andr. Ferdin. de) Carn. Neoforensis et Joan. Bresnik Carn. a S. Cruce et Franc. Hirsch Radmansdorf. AA. LL. et Phil. Doctores in Universitate Viennensi formati, quando divulgatus est libellus:

Reliquiae Ethicae, Politicae, Polemicae excerptae ex Batrachomiomachia P. Jacobi Balde e S. J. Viennae typ. An. Franciscae Voigtin 1708, in 12.

Wetzstein, vulgo **Brus** (Georgii) Labacens. S. T. Baccalaurei, primum Capellani in aula Caesaris Viennae, postmodum Canonici et Parochi Urbis Labacensis:

Pietatis victoria, das ist: Ein geistlich Comedien- oder Freuden-Spiel. Wien 1672, in 8. Quam dedicavit D. Comiti Ferdinando Bonavent. ab Harrach etc. cujus Nobilissimorum filiorum Comitum moderator in Hispaniis fuerat et itineris Achates.

Wiriex (Joan.) vide Valvasor sub Lit. V.

Winfridus vid. Paulus Diaconus sub Lit. P.

Winkler (Mathiae J.) Labacensis, S. T. D. et Canonici Ecclesiae Cathedralis Seccaviensis Graecii:

Dissertatio historico-critica de statu politico et Ecclesiastico veterum Patriarcharum et Hebraeorum in usum sacrae Hermeneutices tyronum. Graec. 1784, in 8.

Wogathei (Franc. Christoph.) Carn. Vicedominatus Carnioliae Secretarius et Fiscalis Caesareus, inter Academicos Operosos dictus Congruus, scripsit:

In Thalbergii opus intitulatum: Epitome Chronologica antiquissimae Metropolis, Urbis Labacensis. Lab. 1713, in 8. quod ext. in ead. Epitome.

Wohinz (Georg.) Carn. AA. LL. et Phil. ac J. U. Doctoris: Digestorum in Universitate Vienensi Professoris ordinarii: Aulae, ac Judiciorum Advocati nec non Episcopalis Consistorii Viennensis Consiliarii, p. t. Facultatis Juridicae Decani et Rectoris Magnifici:

a) Idea Fiscalis, seu assertiones de Jure Fisci. Vien. 1675, in Fol. *b*) Elogium D. Ivoni Inclytae Facultatis Juridicae Patrono, in Basilica D. Stephani Proto-Martyris. coram S. P. Q. Academico. Hanc orationem peroravit ejus filius Georg. Ant. Hilarius Rhetorices studiosus anno DeDJCatJonJs saCeLLJ sanCtJ JVonJs gLorJae, aC VeneratJonJ VJenae ereCtJ. Vien. typ. Petri Viviani, in 4. *c*) Fecit etiam imprimi Novum Onomasticon, sive Vocabularium Germanico-Latinum. Vien. typ. Matthaei Cosmerovii 1671, in 8. Quod ejus filii unigeniti Informator Joan. Henricus Fizinga Fizingsheimb Sereniss. Ducis Saxoniae, Angriae et Westphaliae quondam a Secretis conscripsit et parenti D. Georgio Wohiniz dedicavit scripsit et evulgavit:

Unerhörte Niederlag, so die Spieler zu Glückstadt unter dem Commando des General Unsterns erlitten. Vien. apud Susan. Cosmerovin 1683, in 8. Dedic. Rdmo D. Franc. Joseph Garzoroll de Garzarollshoffen. S. T. D. Abbati in Chanad. Consiliario Passaviensi et Vicecancel. nec non Decano Stockeraugiae etc.

Wohinitz (Georg. Ant.) Carn. Presbyter secularis S. T. D.

Worenz (Gregor.) vid. P. Xaverius sub Lit. X.

Wützenstein (Franc. L. B. a) Carn. Tribunus militum Provinciae Carnioliae, militantis Societatis membrum, dictus: Armatus in germanicum vertit:

a) Schicksäl der lieben Bellimire und Corilanders, aus dem italienischen Ferrantio Pallavicino verteutschet und vertheilt in 5 Bücher. Nürnberg 1671, in 12. *b*) Vulcani Liebes-Garn, verteutschet aus ebenselb. Nürnberg 1671, in 12. Post mortem II. Mss. reliquit, quae edi curavit Frater ejus.

Wützenstein (Joan. Bapt. de) Provincialis Carnioliae, Militiae Provinciae Capitaneus, militantis Societatis membrum, dictus: Magnanimus

a) La muta loquace, das ist: die Stum-Redende. Norimbergae 1687, in 12. *b*) La perfecta maritata, das ist die vollkommen vermählte. Ib. eod. an. et form. Hi duo produnt memoriam existentis hocce tempore in Carnioliae cujusdam Societatis militaris. Edidit quoque alius ab his duobus, forte eorum parens.

Wützenstein Medicinae Doctor:

Forma vera totius Medicinae Anno 1588.

Wunder (P. Mag. Bonaventurae) Carinthi Ordin. Eremitar. Magni S. P. Augustini Conventualium Labaci Prioris et posthac Provincialis emeriti:

Synopsis ascetico-moralis-historica de vitae Religiosae statu, ortu, progressu et disciplina ex variis Auctoribus congesta et digesta. Lab. 1770, in 8.

XJTHECA.

Scrinium XXII. sub Littera X.

Xaverio (Per. S. Francisco) na strashe Gorniga Gradu Fare Catholish Kershanskiga Vuka Peissme pogmirane inu na svitlobo dane. V' Nemshkim. Gradzu 1729, in 8. Editio II. Primam nec dum vidi.

P. Xaverius a S. Ignatio Carn. in seculo vocatus Gregor. Worenz, Augustinianus Discalceatus in conscribendis pro bono Patriae libris in carniolico idiomate praesertim indefessus et plus nimio diligens, conscripsit et in Mss. in Bibliotheca conventus Labacensis ad S. Josephi ad vias regias reliquit:

a) Nove besedne bugve, ali use hzhiherneh besedy, hoc est: Dictionarium latino-Carniolicum, in quo adjecit: sJ FortassJs errores JnVenJas LeCtor, taLes eMendabJs. Ex quo nonnemo colligit, hoc ipso anno opus, quod in 4. compactum est, perfectum fuisse. *b)* Zelu Svetu Pismu novega inu stariga Testamenta. Hoc est: Universa Biblia novi et antiqui Testamenti in VI Voluminib. in 4. Sic vos, non vobis nidificatis aves.

YPSJLONTHECA.

Scrinium XXIII. sub Littera Y.

Vacat.

ZJTOTHECA.

Scrinium XXIV. sub Littera Z.

Zallheim (Carolus de) Vienensis, perpetuus Secretarius apud Caesareo-Regiam oeconomicam Societatem Viennae: Agrariae Societatis in Carniolia, Apatistorum, seu Innominatorum Florentiae, Scientiarum Roboreti etc. membrum scripsit:

a) Beantwortungsschrift über die Frage: welche die besten Nebenarbeiten sind, für die Landleute, ext. inter opera Agrariae Societatis. Lab. 1779, in 4. maj. *b)* Von den Industrialgewerben, welche sich mit der Landwirthschaft am besten vertragen, zumal in Krain. Vien. 1775, in 8.

Zanchy (Jos. S. R. J. E. de) e Soc. J. S. T. D. et Professor, sublata Societate J. Canonicus Goritiensis in lucem publicam misit libros:

a) Philosophia mentis et sensuum. Vien. 1750, in Tomis III. in 4. *b)* Tractatus Theologiae de gratia tomo uno et altero. *c)* Tract. de Virtutibus. Ibid.

Zanchy (Joan. Chrysostom.) Carn. de Carsto:

a) Panegyricus ad Carolum V. Venet. 1560, in 4. *b)* De Orobiorum, sive Cenomanorum origine liber.

Zannollo (Jac. Ant.) S. T. D. Protonotarius Apostolibus, per S. R. J. et haereditarias Provincias Domui Austriacae subjectas Poenitentiarius Apostolicus, Parochus in Leopoldina ad Vienam dixit et typ. evulgavit:

a) Blumenreicher Lustgarten, das Herzogthum Crain. Vien. Impensis Joan. Schoenwetter 1709, in 4. *b)* Hoch-erwachsener Ceder-Baum, der glorwürdige des Herzogthum Steyer erwählter Land- und Schutz-Patron H. Aegidius, eine Nationspredig. Vien. apud Jos. Ant. Streibig 1709, in 4. *c)* Septem Luminaria posita supra candelabrum. Lob-Predig von 7 heiligen Patronen des Herzogtum Crain, Achatii, Hermagorae etc. Vien. apud Christoph. Lercher, Bibliopegam 1710, in 4.

Zanon (Ant.) Udinensis plura scripsit, inter quae singularis est:

a) Historia commercii Aquilejensis. *b)* De Marca Aquilejensi et Numis etc. lectu dignissima. *c)* Della utilita morale, economica, e politica delle Academie di Agricultura Arti et commercio. Opera postuma di Antonio Zanon Cittadino, ed Academico d'Udine tomo octavo. In Udine 1771, in 8. quem octavum tomum recenset Biblioth. Goetting. a. 1774, in Volumine V. pag. 504. Priores tomos, qui ab an. 1763 usque ad 1747. Venet. prodierunt, nondum cognovi. † mense Decembri 1770.

Zanutti (Joan. Stephan. Carn. Phil. et Medicinae Doctoris ejusd. in Universitate Vienensi Professoris publici et ordinarii, S. C. Regiaeque, ac Catholicae Maj. uti et Augmae Imperatricis Magdalenae viduae aularum Medici actualis, Illmorum Inferioris Austriae Provincialium Statuum Proto-Medici electi, nec non Inclytae Facultatis Medicae p. t. Decani spectabilis delata S. P. Q. Academico oratio, quam sic inscripsit:

a) Gloriosus de morte triumphus in Divis Martyribus Cosma et Damiano, quam peroravit D. Wolfg. Engelbertus Hortmon Nobilis Carniolus Labacens. saluberrimae Medicinae in tertium an. Auditor. Vien. typ. Ignat. Dominic. Voigt 1713, in Fol, *b)* Divi Medici Cosmas et Damianus vitae conditione, mortis acerbitate, dignitate miraculorum, Christo Servatori simillimi, perorante D. Franc. Josepho Zheppel AA. LL. et Phil. Doctore et saluberrimae Medicinae studioso Viennae.

Zara (Antonii) Aquilejens. primum Praepositi, jam Episcopi Petinensis in Istria:

a) Anatomia ingeniorum et scientiarum sectionibus VI. comprehensa. Venet. 1615, in 4. Dedicata Sereniss. Principi Ferdinando Archiduci Austriae, Burgundiae, Styriae, Charinthiae et Carnioliae: Duci Habspurgi, Tyrolis et Goritiae Comiti Augusto. *b)* De bello Veneto cum Ferdinando Augusto scripsit: Historia degli Vscochi di Minucio Minuci Arcivescovo di Zara, coi progressi di quella gente, e continuata da Paolo Sarpio fine all' anno 1616 quo anno et sequenti 1617. Venetiis est edita.

Zarosti, sive **Zarottus** (Caesar) Med. Doctor Justinopoli bonus Poëta edidit, quae cecinit:

a) Elegias. *b)* Epigrammatum medicae, aut philosophicae considerationis enarrationem, seu de medica Martialis tractatione tractatum. Venet. 1657, in 4.

S. Zeno Episcopus Aemonensis, tum Veronensis sub Galieno Imp. martyrio affectus, ut meminit Martyrologium Romanum 12. Aprilis. Sub ejus nomine edita circumferuntur:

Sermones varii. Venet. 1508 et posthac emendatius Veronae 1586. Horum non paucos ex Basilio, Hilario et aliis posterioribus Auctoribus transscriptos esse notarunt Sixtus Senensis, Molanus, Bellarminus etc. Praeter hos poterit et Baronius in notis ad Martyrolog. consuli. Recensuerunt, ac dissertationibus, perpetuisque Anotationibus illos illustrarunt Petrus et Hieronymus Ballerini fratres. Veronae 1739, in 4. maj. Recusum fuit hoc ipsum Volumen Aug. Vindelicor. 1758, in 4. maj.

Zerer (P. Jordan.) Labacens. Ordinis S. Francisci Reformator. Minor. strict. Observantiae Concionator et Lector, atque suo tempore Guardianus Labacensis, Commilito:

Versionis N. T. in carniolicum videsis Japel sub Lit. J.

Zergoll (P. Andr.) Carn. ex oppido S. Crucis e Soc. J. Labaci Professor Philosophiae: Graecii Matheseos et S. Scripturae: Viennae Theologiae Moralis: Millestadii in Carinthia Superioris munere functus et defunctus a. 1645 edidit:

Theoremata Chronologica de anno ortus et mortis D. N. J. C. et demonstrat Christum natum anno XL. Juliano sub consulatu D. Lelii et C. Antistii: mortuum autem anno Juliano LXXIV. anno Dionysiano XXIX. C. Rubellio et C. Fusio Coss. Vien. typ. Mathiae Formicae 1625.

Zhandick vid. Tschandick sub Lit. T.

Zhebulz quaere Tschebulz sub Lit. T.

Zheppel (Franc. Jos.) Carn. AA. LL. et Phil. Magister vide superius Zanutti:

Zhuvaj te Dushe, kateri njo budi k' enimo brumnimo shiulejno. Lab. sine anno. Editio, quam ego habeo, prodiit litteris Heptnerianis, in 12.

Zoes de **Edelstein** (Carolus L. B. a) Carn. ex Archiducali Nobilium Collegio imprimi fecit et sub suo publico tentamine, pone suas theses et Problemata ex variis Matheseos partibus expositas distribuendum commisit libellum:

Gründliche Anweisung zum Gebrauch und Nutzen des Proporzionalcirculs aus der mathematischen Werkschule des Herrn Nicolaus Bion. Graecii apud Widmanstadianos haeredes in 8. sine anno.

CORONJS.

Gaudet ad finem perducto opere operarius: peracta vindemia vinitor jubilat: agricola exultat collecta messe; gestirem et ego non mediocri voluptate, si votorum omnium metam hoc meo tentamine attigissem: si hoc conamine omne punctum tulissem. Hoc vereor; neque mea Culpa. Exornassem ego hanc Bibliothecam patriam undequaque perfectam ea voluptate, qua eam, utut per memetipsum licuit, sub hac parva mole conquisitis undique libris instruxi. Dolens fateor et lugens doleo, quod potestas me defecerit, non voluntas, perfectius quid praestandi. Gaudebo tamen, quodemumcumque tempore intellexero, cuicui, sive Erudito, sive rudi ex amore in Patriam eum animum obvenisse, officium meum perfectius praestitisse, measque neglectas partes explevisse omnes. Hoc meum solatium: hoc operae, operisque mei pretium sit! Facesse hinc cogitatio alia! nec me terreat ultra Cicero Lib. I. de Fine bon. et mal. c. 2. Mihi inquiens nulli satis eruditi videntur, quibus nostra ignota sunt, postquam hanc de Patria nostra notitiam et eruditionem dedi *).

---

*) In opere, inscripto: »Hoff H. G. Hist.-statist.-topograph. Gemälde vom Herzogth. Krain. Laib. 1808.« Vol. 3, pag. 146 legimus: P. Marcus a S. Antonio Paduano des Eremiten-Ordens der Augustiner Barfüsser Profess, Sohn des Anton Pochlin, eines Laibacher Bürgers, geb. den 13. April 1735, wurde erzogen unter der Aufsicht der Jesuiten im Seminarium der H. Rogation und Domitian, und nahm im J. 1755 das Ordenskleid im Kloster zu Mariabrunn nächst Wien. Er ward Magister seiner jungen studirenden Ordensbrüder, dann Superior zu Laibach und im Convente zu Wien, Provinz.-Secretär und seit 1791 bis zu seinem Ende als ascetischer Lehrer der Novizen zu Mariabrunn, in welcher Eigenschaft er am 5. Febr. 1804 verstarb.

Er hat sich zeitlebens um den slavisch-krainerischen Dialect Verdienste zu sammeln bemühet, und ob er gleich nicht in die Zahl jener Philologen gehört, die mit philosophischem Geiste den gesammten Sprachschatz von seinen Schlacken reinigen, so hat er sich dennoch durch seine deutsch-krainerische Grammatik und durch sein Wörterbuch manchen Dank verdient, in welcher Rücksicht ihn die Akademie der Operosen zu Laibach im J. 1781 unter dem Namen »Novus« zu ihrem Mitgliede aufnahm. Im Intelligenzblatte der Annalen der österr. Litteratur und Kunst vom Mai 1803 werden die vielen Werkchen, die er drucken liess, sowie seine hinterlassenen Manuscripte in chronologischer Ordnung aufgezählt, unter welchen letzteren auch eine krainerische Litteraturgeschichte vorkommt, die er zum Druck bestimmt hatte und nun in der Bibliothek der Theres. Ritter-Akademie in Wien aufbewahrt wird.

A. D.